



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrío, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Magicarvm Disquisitionvm Liber Qvartvs. Qvi Est; De Divinatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)



# MAGICARVM DISQVISITIO NVM

LIBER QVARTVS.

QVI EST;  
DE DIVINATIONE.

**S**VNT quædam nomina, quæ cum late sumuntur, solent confundi, vt *divinatio, vaticiniū, prenotio, prophetia, coniectatio, predictio*: & sic sumedo, pro his omnibus, in titulo posui vnicum nomē diuinationis. Si pressius sumantur, discrimen aliquod agnosco. *prenotio* & *predictio*, cætera quatuor semper complectuntur: sed *predictio*, ordinem ad alium actumque denotat extrinsecum: *prenotio*, intrinsecam tantum cognitionem. *Vaticinium*, diuinationi & prophetiæ commune nomen est, sed ad *Oraculū* tamen, q̄ viua fit hominis voce, restringi consuevit, cum *diuination* vltius porrigatur. De *Prophetia* D. Hier. notat a, semper à sacris literis in bonā partem accipi. patet hoc verum esse, q̄ loquūtur absolute nam si pseudo-prophetas quoq; hoc nomine honorant, distrahentem quampiam particulam adiiciunt ( vt *prophetæ stulti, Babil, Samaria, lucorū, &c.* ) b vel loquūtur per ironiam non obscurā, petitam

ab existimatione atq; opinione populi, qui pro talibus eos habebat sicut & *idola*, nuncupat *Deos*: atq; adeo semper aliqd additur in contextu, q̄ non sinat ignorari pseudoprophetas fuisse. d *Diuination* nunq̄ in Biblijs sumitur de pphetico lumine. Nam illud Salomonis, *Diuination in labijs regis, in iudicio non errabit os eius e*; nihil ad prophetiæ donum pertinet, sed ad sagacitatem in occultis & perplexis iudiciorum latebris, circa facti ambigua, eruendis, necessariam iudici. est n. quædam sicut in medicis causis, sic & in iudicijs diuination Metaphorica, qua, quæ præterita sunt, & quorū veritas ignoratur, solerti discussione cōiiciuntur. Vt fuit in iudicio Salomonis, cū veræ matri filiū restituit f. vt fuit in Daniel. inquisitione, qua senum perfidia detecta, Susannā vitæ, honori, marito restituit. g vt in iudicio Ariopharnis Thracū Regis. q̄ huiusmodi traditur, Tres Cimmericorum regis filios de paterno regno cōtendentes, iudicem elegere Ariopharnē. hic iubet patris

c Exod. 12.  
v. 12. & 5.  
8. v. 11.  
Dan. 11.  
v. 8.  
d Deut 13.  
Ierem. 23.  
v. 15. c. 28.  
v. 1 & 14.  
Ezech. 21.  
v. 21. Mic.  
3 v. 6.  
e Prouer.  
16. v. 10.

f 3. Reg. 3.

g Dan. 13.

Ppp

cadauer

a in cap. 3.  
Micha.

b Ierem.  
23 v. 13.  
Ose. 8. v. 7



cadauer sepulchro erui, arbori alligati, & eos arcu cõtendere, vt qui patris cor transfixisset, in regnũ succederet. primogenitus guttur, secundum medium pectus corde illaso transfixit. Supererat minimo spes regni. vicie pietas, & se regno cedere malle, dum in patris cadauer pietate superior esset, professus, iaculari detrauit. Huic Trax regnum adiudicauit, q̃a naturæ p̃pensione, se & vere filium, & virtute p̃stantiorem ostendisset *b.* An hanc historiam voluebat animo Alphonsi primus Neap. rex, cum similem ptulit sententiam? vel naturali sagacitate id potuit, quæ in eo mirifica fuit. Nã adhuc pene puero cũ Aragonia, vtriusq; Sicilia regna susciperet, accidit, vt cuiusdam ancilla ex dño pareret, & ad libertatem ex Hispaniensis lege p̃uocaret. Dñs, no matre cum filio priuaretur, negabat ex se natum, deerant in re clam patrari solita p̃bationes. quid ageret? belle se expediuit. iuber sub ha sta partũ vendi. vincitur dñs licitatione. ergone (secum) filius me<sup>o</sup> in seruitutem me viuo? quin potius fateor, q̃ res est. & ecce paterni animi erũpunt inuito lacrymæ. Subsequitur lingua confessionum oculorum. sic patri filium, mari debitam rez libertatem asseruit *i.* Quis imitaretur hoc iudicio non habuit, vt Tiber. *k.* habuit Theodoricus, Rex Gotthor. Sponderat mulier Italica nuptias secundas amatori, pacta se filium prius domo exturbaturam. cum conaretur, resistere filius, & Regem adire ambo. filius sibi alimenta deberi, nec domo paterna à matre eijsi dicere. contra mulier, filiũ non agnoscere, suppositũ esse. Suspecta regi mulier fieri incipiebat. Atqui ð mulier, inquit rex, potes, si me audis, & hac te molestia expedire, & melius

A cõiugium inire, quã tu iuuenẽ hunc, qui filũ se dicit tuũ; maritũ accipe. minor est ætate, & facie liberaliore. Icta mulier tã inopinata iussione, primum conticescit: mox se colligit, & multa p̃texere negationi, parũ coherentia vel apta, vt deprehensam facile intelligeret rex. Fingit ergo se p̃nã addere, nisi cõsentiret. q̃ restabat infelici, vt scel<sup>o</sup> fugiat horrẽdum: filium agnoui *a.* Coram Carolo Magno pater & fili<sup>o</sup> homicidij rei agebatur, factũ vterq; negabat, nec tormẽtis vllis ad cõfessionem criminis perducipotuerant: cõdemnat Imp. vtrũq; ad suspensũ. Tum pater, victus amore filij se reum, filium vero sceleris expertem p̃fiteretur *b.* Minoris momenti, non minoris industrie fuit Frider. III. iudicium. ad eum cum rusticus venisset, & quest<sup>o</sup> esset, iugalium equorum alterum in caupona sibi furto ereptũ: Ambiguum Imper. sibi iudicari iussit. cum horrustic<sup>o</sup> negaret se facere posse, qui hominem non nosset. miror, inq; Fridericus, non alterum quoque repturũ tibi, cum tot in hac vrbe sint equites, equi tam pauci. Equa, ð Cæsar, subdit rusticus, est altera; quæ militibus paruo vsui. Igitur age, inquit Imp. equam in scẽde, & per oēs vicos, plateas, compita, & angiportus vrbis equita: subtractus equ<sup>o</sup> in aliquo stabulo latitat: & cum iugalis odorem senserit, statim hinnitũ tollet. Paruit rusticus, atq; vs Cacum mugitus bovis, sic hinnitus equi tunc furẽ prodidit. Nec subricenda Turcarum regis Solymanni prudẽcia. Byzãtij Iudæus Christiano certam auri summã mutuatam dederat, vt cõstituta die p̃ter sortem, vsuræ loco, duas carnis eiusdẽ Christiani vncias reciperet. Die illa sortẽ reddit Christianus, se nes negat.

aditur

*h. Diodor. Sicul. lib. 20.*

*1. Ant. Pã. horni lib. 2. de gest. Alfonsi. k. Sueton. in Tiberio.*

*a. Iam. Magnus libro hist. Gen. cap. 29.*

*b. And. Barbat in cap. p̃sent. d. p̃batione.*

*c. Eran. Siluani lib. 2. de reb. ab. Alp. gen. 1.*



aditur Solymann. vt rem dedicat. ille Iudæum animo detestat<sup>o</sup>, nouaculam adferri iubet, & Iudæo potestaté facit, qua velit, membri parte, debitori duas carnis vncias excindat: ea lege, vt omnino duas tantū: si minus plusve exciderit, capite luiturum. Nō autus Iudæus hanc aleā subire, Christianum absoluit. *a* De huiusmodi ergo, *labiorū regis diuinatione*, Salomon loquebatur. sicut n. cor regis, sic & eisdem labia in manu Dei sunt. ambo Deus æqualiter dirigit, & quib. suas in terris vices delegauit, eos supra ceteros sepe mortales magna solertia & prudentia dotat. *Diuinatione*, ergo illic, *pro coniectatione*, posita. *Coniectatio*, namq; procedit ex cōsideratione causarum signorumve, siue hæc sint cum vera prudentia cōiuncta, siue vanitatis comperta. quare quædam coniectatio licita, quædam illicita est. *Diuinationis*, nomē, nos deinceps restringemus, ad illicitam tantum: hæc à coniectatione differt; quia non pcedit per signa, vel argumenta, vt facit coniectatio. *Prænotio*, deinceps nobis generale nomē erit: eius partes, vt membra corporis, tres sunt futurę: *Diuina prænotio*, quæ manat à Deo: & vocabitur, *prophetia*, ad hanc pertinent quædam miraculosa, seu diuina ostenta & prodigia, futurum solita certo & ordinarie prænūciare; vt q̄ post obitum B. Beatricis Atestinæ per longum temporis spaciū obseruatum est, q̄ quoties aliquid noui familiaræ Atestinæ, ex qua fuerat orta, immineret, toties multis ante dieb. in sacello eius prægrandis strepitus exaudiebatur. & corpus eius q̄ de more supinum iacebat, in alterum latus reuolutum reperiebatur. *Scardeonis lib. 2. antiq. Patavinæ class. 6. fol. 120.* alia de cāpanis quibusdam retuli, *ins. c. 3. q. 1. & de alijs mul-*

*ru c. 2. q. 7. sect. 2.* Dæmoniaca, quæ deriuatur ex pacto tacito vel expresso cum dæmonibus, & dicitur, *diuinatione*: & naturali, quæ sumitur ex lignis vel causis naturalibus, quam vocabimus, *præfagium*, vel *coniectationem*, stricte sumptis vocabulis.

## CAPVT I.

De diuina prænotione, seu prophetia.

## QVAESTIO I.

De natura &amp; nomine prophetia.

**I**N S. S. prophetia, nomen, & prophecandi, verbum, sex ferme modis solet accipi. primo, pro eo quod est canere vel psallere certis diuinis laudes modis, vel instrumentis. Sic legimus prophetasse Idithū & Heman, & sic quidam illud accipiunt f. *Num. & Saul inter Prophetas* 2. pro Ethnicis vaticibus ac poetis, sic Epimenidem g. Apostolus appellat Cretensum prophetam. 3. pro phanaticis, qui arreptiōnū morte mēre abalienati, insolita, inepta, insipientique effutiant. sic dicitur Saul domi suæ, à malo agitatū spiritu, prophetasse h. & Sacerdotes Baal dicuntur etiam prophetasse. 4. dicuntur prophetare, qui miraculum aliquod edunt, quo declarant se veros fuisse Prophetas. Sic Elizæi mortui corpus dicitur prophetasse, quia latronis cadauer con tactu viuificauit i. 5. qui res sublimes, diuinas, & ab hominum cognitione remotas, & Scripturę sacrę arcana interpretantur & docēt. Sic sumpsit. D. Paulus h. qñ confert donum linguarum cum dono prophetiæ, sic & Aaron; eo q̄ Pharaoni exponebat oracula, quę Moyses à Deo acceperat, vocatur ppheta l. Sic sumpsit Philo Iudæ<sup>o</sup>, cum Prophetam definiit; Dei oracula intus dictantis interpretem. m. Er huc pertinet etiam alia significatio, qñ sumitur pro veris Dei cultorib. & viris

A

ci. Par. 15.  
v. 3. & 5.  
fi. Reg. 10.  
v. 12.  
g. ad Tit. 1.  
v. 12.

h. 1. Reg. 18.  
& 3. Reg.  
18. 29.

i. Ecol. 48.  
v. 14.

k. 1. Cor. 14.  
v. 5.

l. Exod. 7.  
v. 1.  
in libro de  
præmiis &  
pænis.



religiosis, vt volunt sumi, 3. Reg. 18. v. 4. Abulens. & Caiet. 6. pro eo, qui occulta Dei arcana, per diuinā reuelationem accepta, hominibus enunciat n. Nos nunc de hac vltima specie tantum loquimur.

Nomen hoc prophetiæ Gr. à præfando προφητια) deduxerunt; Hebræis, Nibba, vñ le Nabi, prophetae, radice verbi incerta. potest n. esse, Nub, (hoc est loqui) & significaret, Nabi, loquentem: pōt esse Ban (intelligere) & significaret intelligētem, nimirum perfectissime, vt qui res oculis fidelib. subiectas cognoscunt. Vnde & Prophete Hebræis dicti sunt, videntes. o Hæc de nomine suffecerint, de re videamus.

Castiodori p, communius recepta definitio, concisior est, q̄ vt per illam commode rei natura intelligatur. Dic explicatius, *Prophetia, est diuina inspiratio, rerum à nobis procul distantiu euentu, immobili veritate & maxima cum certitudine prænoscentis atq; denunciatis.* Explicemus singula definitionis membra. Diuina, dixi, contra Arrephium & Rogerium Baconē, qui Prophetiam tribuunt aëtorum influentijs; contra Aristot. & Peripatericos, qui corporis humoribus contra Moysen Egyptium, Auicennam & Algazelem qui naturali industriæ studioque adscribunt. hi cuncti falluntur. quia omnis prophetia Spiritus sancti donum est, nulla humana allatum voluntate, vt duæ Catholicæ columnæ Petrus & Paulus q̄ contestant. Vnde B. Hier. r̄ infert, solos veros Prophetas, Dei Spiritu locutos; nec alios prophetarum nomen mereri, quam qui Spiritus sancti luce collustrati, futura p̄dicunt. Ad hoc nulla dispositio naturalis vel humana absolute requiritur. potest n. Deus ipsam simul cū lumine

A dispositionem infundere s. Sed qui amat omnia suauiter dirigere, vt plurimum se rerum naturis accommodat, quoad ipsi placet. Alb. Magnus lib. 3. de somno & vigil. tract. 1. ca. 5. Quare cum aptissima sit dispositio, qua mens à sensibilib. motionibus, & rerum humanarum soluitur curis: videm⁹ eam Prophetas aliquñ comparasse sibi, vt Helizeum impij Regis Israel aspectu forte ad zelum & indignationē nonnihil comotum, musices suauitate a. Quæ tñ dispositio, plane per accidens ad prophetiam iuuat, nec illius causa villo modo dici meretur. Naturalis vero prænotionis vel dæmoniæ, causa per accidens, est corporea dispositio, quæ à sensuum vsu vehementer mentem auellit. atq; idcirco Plato & Aristot. dixerunt: frequentiore esse diuinationē in fatuis, attonitis, & furentibus, q̄ in mentis sanæ hominib⁹: in dormientibus q̄ vigilantibus: in morti vicinis, q̄ vita vitali longum adhuc fruituris: in atrabiliarijs, q̄ sanguineis. minus enim sensibus intenti illi omnes, & melancholici insuper vigilantes quasi somniant b.

2. Dixi, *inspiratio*: late sumpta voce, pro quouis influxu, instinctu, illuminatione, aut reuelatione. hanc Deus aliquñ largitur angelis bonis, qui prædicant alijs, & de Sodomorum euerfione didicimus, & de posteris Ismahelis, d de Samfone e, de Tobia vxore f, de Christo Dño g, & eius præcurfоре h; vel vt visiones explicent hominibus i. Aliquñ Deus confert hoc donum hominibus, tum viristum fœminis, maxime p̄bis & sanctis; vt Elia, Esate, Debore: Oldæ, & quamplurimis alijs, quorum laus est in sacris Historiis: interdum tamen & malis atque improbis, nonnullis Gentilibus, ac fortasse

Sibyllis,

n. not. hac Pervio in Genes. cap. 2. o. disp. 2.

B. נבא נביא נוב. כז.

o 1. Reg. 9. v. 9. p̄prafat. in Psalm.

q 2. Pet. 1. v. 20 Ro. 12. v. 6. 1. Corint. 12. v. 10. i in Dan.

s D. Thom. 2. 2. q. 171. ar. 3.

C. 2. 4. Reg. 1.

b vide 7a lesium de sacrapu lof. cap. 30.

c Gen. 16. d Gen. 21. e Iud. 13. f Tob. 6. g Luc. 1. Mar. 7. h Luc. 1. i Dan. 8. 9. & in A. poc. sape.



**A** nouo inditas: vel pexistetes sed diuina virtute, ad naturalem aliquam metis cōceptionem formandam applicatas. Quæ eleuatio dupliciter contingit. 1. quando intellectus sic eleuatur, vt sine operatione phantasie cognoscat: q̄ raro ex speciali priuilegio cōceditur. 2. quando phantasia intellectioni cooperatur, nō quidem intellectu primū à phantasia moto sed phantasia ipsa mota & applicata ab intellectu, vt secum operetur & concurrat. *Vide Frac. Suarezem, 3. p. q. 10. ar. 1. disp. 9. sect. 2.*

**B** Solet vt plurimum Deus mediator angelo prophetiā inspirare: primo reuelans Angelo, vt angel⁹ deinde reuelat homini q̄ iussus: idque vel in absūpto se corpore ostendens, vel apparitione tantum spirituali speciem humanæ menti exhibens rerum, quas Spiritus S. homini vult præsignificari. sic Moysi, in manu mediatoris, data lex q̄. sic Zachariæ & in Zacharia r Angel⁹ Domini loquebatur. sic in Apo. f̄ Christ⁹ Angelo, Angelus Ioanni Ioanes aliis manifestat: quæ Pater Christo, vt homini, ab initio cōceptionis reuelauerat. quod suauiter diuinæ gubernationis, v̄ solitæ mediis, est accommodatissimum t. Et sic censuere grauissimū Sancti: de facto, tantum solitum Deū prophetiam per angelos inspirare n. Nō tñ negandum posse Deum, si velit, ipsum immediate sic in mentes hominum influere, q̄ nec Damascen. nec alii illi Patres negarunt: & affirmarunt D. Hier. & D. Greg. & recentior Turrecremata x. quin etiam D. Hiero. qui priorem modum concedit y, posteriorē hunc aliquando à Deo vsurpatum contendit z. Scio Deum posse, si velit, an fecerit, nescio, nec multum refert scire. Non caret et̄ difficultate prior ille influxus, qui fit mediante angelo:

**C** Inspiraionū alia quoque differentia petitur inde, quod interdū ei nullum colloquium accedit, sed nuda tantum sit præceptione aut ostensione, vt in plerisq; Ver. Test. prophetiis cernitur: interdū Dialogus in aliquis Prophetæ ac Spiritus S. accedit p.

**D** Illuminationis seu inspirationis huius duas ponit Theologi species, imaginariam & intellectualem. Imaginariam siue sensibilem, vocant, non quia non pertingat ad intellectum (talis enim improprie vocaretur prophetica inspiratio) sed quia primario fit per sensibilem siue imaginariā representationem, ex qua mentis conceptio nascitur, eique quasi commensuratur. Intellectualem, appellat eam, q̄ non ducit originem à sensu vel imaginatione, sed oritur immediate per lumen infalū intellectus & p̄ species intellectuales, de

**E**  
q̄ 47. 7. v.  
38. Gal.  
3. v. 19.  
Lu. 1. v. 9  
cap. 1. in  
princ  
D. Tho.  
22. q. 171.  
ar. 2.  
u D. Dio.  
ny. Artop.  
Col. Hier.  
capit. 4. D.  
Aug. lib. 3.  
de Trinit.  
et̄ videtur  
Damas. li.  
2. Orthod.  
fid.  
x Hie pra.  
fat. in Esa.  
et̄ in ca. 6.  
D. Gregor.  
lib. 18. Mo.  
ral. Turre.  
cremat. in  
Prologo Re.  
uelat. S.  
Brigitts.  
cap. 4.  
y in Brec.  
2. et̄ 3.  
z in d. pra.  
fat. et̄ c. 6.



cū nec Angelus spiritual: illud lumen  
 creare, nec ipse in human. intellectu  
 queat illabi. Quin etiā siue sensuū ad-  
 miniculo in hominis mentem, hoc lu-  
 men à Deo creatum immitti ab Ange-  
 lo posse, negat Scotus: sed affirmant  
 Albertus & Hēricus de Haslia: modo  
 negare, modo concedere videtur D.  
 Tho. sic tamen, vt quādo huiusmodi  
 lumē intellectui sine sensibili appari-  
 tione vel specie immittitur, (vt fit in  
 reuelatione intellectuāli) hoc à Deo, q̄  
 solus illud creare p̄t, immediate fate-  
 atur immitti: quod accurate, ex horū  
 Scholasticorum sententia docuit Frā.  
 Picus lib. 2. de Pran. c. 3.

F

Dixit tertio, rerum à nobis procul di-  
 stantium. huiusmodi res sunt. 1. que na-  
 tura sua longe distant ab humana co-  
 gnitione, vt abstrusiora Dei consilia,  
 mysteria fidei, & similes res diuinæ.  
 (hoc sensu Christus Dom. prædicatur  
 futurus Propheta a: *Prophetam de gente  
 tua, & de fratrib. tuis, sicut me, suscitabit,  
 &c.* & eo referenda propheta, quam  
 Apostolus cum dono linguarum cō-  
 parat) 2. etiam res, quæ sunt à cogniti-  
 one nostra semotæ, ratione modi co-  
 gnoscendi: quādo quod enunciatur,  
 non nisi supernaturali lumine potest  
 cognosci: veluti cū Helizeus rescivit,  
 quæ cum Naamo Iesi pactus fuerat c:  
 & B. Petrus, quod inter Ananiam &  
 & Saphirā cōuenerat d: 3. deniq; sunt  
 alia longe distantia ratione temporis,  
 quod vel iam vsq; adeo obliuione ob-  
 literatū est, vt non nisi diuina reuelati-  
 one sciri queat, quo pacto Moyse de  
 mūdi creatione prophetasse scribit D.  
 Greg. super Ezechiel. vel quia tempus  
 ad huc futurum, & euentus contin-  
 gens, ideoque soli Deo liquido not⁹,  
 iuxta illud; *Annunciate quæ ventura sunt,*  
 & sciemus quia D. Iesus vos. e Et hæc est

a Deut. 18. v. 15.

b 1. Corin. 13. v. 1. 3. 4

c 4. Reg. 5.

d Act. 5.

e Isai. 41. v. 23.

A vocis propheta, frequentior: adeo vt  
 ppria locutione, hi soli Propheta nū-  
 cupentur, qui futura contingentia p̄-  
 dicunt. generaliter tamen loquendo,  
 ceteri quoque Propheta vocantur a  
 futurorum contingentium. cognitio  
 soli Deo seruata est, quia ad perfectā  
 cognitionem, necesse est re cognosci  
 tamquam præsentem: soli autem Deo,  
 vt præterita & præsentia, sic etiam futu-  
 ra, semper ante oculos versantur, ga-  
 aternitas caret initio, caret fine, & in  
 ea cuncta simul cognoscuntur: solus  
 aut̄ Deus æternus est. ideo cum Deus  
 hoc futurorum contingentium lumē  
 propheticū homini largitur, tunc pri-  
 uilegium illud, quod æternitati com-  
 petit, eamq; consequitur, cum homi-  
 ne cōmunicat. Quo sensu Hieron. de  
 Ferrara dicebat, *Prophetas à Deo æter-  
 nitatis participes, fieri b.*

C

Dixi, quarto: *immobili veritate.* hoc  
 intelligendum est de propheta abso-  
 luta, quam vocant, *prophetiam sententiæ,*  
 siue, *præscientiæ:* cuius euentus semper  
 prædictioni respondet: quia tunc res  
 considerantur, prout in ipso Deo ex-  
 istunt, & ab eo solo dependent, qui so-  
 lus est immutabilis. Nō vero hæc par-  
 ticula definitionis, p̄cedit in *prophetia  
 cōminationis, siue, consilij:* quatenus hæc  
 est conditionata, & in ea res confide-  
 rantur, vt à causis secundis dependēt,  
 quæ sunt mutabiles. propheta ista cō-  
 ditionata, in se quidem est mutabilis,  
 pro actionum humanarum mutabili-  
 tate: in Dei tamen præscientiæ, etiam  
 hæc immutabilis est: quod cum Pro-  
 pheta probe norint, & cōminatio-  
 nis suæ naturam cum Dei voluntate  
 comparent: sequitur eos ne tum qui-  
 dem falli, vel fallere, quando quod p̄-  
 dixere non euenit: vt Ionæ cum Nin-  
 uitis, Esaïæ cum Ezechia contigit. hæc

E

a vide Eu-  
 feb lib 4.  
 dem. Enū.  
 ca. 1. Irē.  
 4. com. hu  
 ca. 17. D.  
 Greg. sup.  
 Ezech. 4. D.  
 Tho. de te-  
 rit. 2. 12. 13.  
 scitib. 1.  
 100. Dige-  
 nus li. 1. 1.  
 aut̄. fac.  
 scripsit ca. 1.  
 b lib. com-  
 pendii Ro-  
 uela. quod  
 post rō.  
 mort. 1. 1.  
 ganit. Ho-  
 ron. Eze-  
 uenit. 1. 1.  
 ventini.

c Iustin. 2.  
 36. ad Orm.  
 Chrysof.  
 hom. 1. in  
 Mat. Greg.  
 lib. 6. Mo-  
 ral. ca. 2.  
 2. 6.

distin-



distinctionem non Patres & modo, sed & Scriptura sacra clarissime confirmat.

Dixi quinto, maxima cum certitudine, quia quibus diuina sit reuelatio, solent à Deo sic mente illustrari, & voluntate affici, & de fide ac veritate reuelationis certiores reddi; vt aperte agnoscant, & firmissime credant, Deum esse reuelationis siue visionis auctore: & queant, nescio quo (vt ait D. Greg. e) intimo sapore discernere, se nec humanis somniis, nec diaboli fraude illudi: sed certo certius sciant, hoc sibi lumen Dei dono concessum (quod de matre sua B. Augustinus prodidit: f de se vero passim profitetur B. Angela de Fulgino cap. 19. 21. 27. 28. 29. & alibi) & adeo clare cernant futura, iisque praebeant assensum: vt eque facile sint negaturi prima & receptissima notissimaque scientiarum principia, quod de Saonarola ille dicebat g, & de quodam suo familiari, quem non nominat, Picas affirmat: quem ego Hieronymum hunc fuisse opinor: sed, quod verius certiusque, tales fuisse omnes reuelationes Patriarchis, Prophetis, Apostolis, ceterisque praedicatoribus ac doctoribus nascentis Ecclesiae factas, merito censuit Thomas, Anglicus h, illo in Genesim commentario, qui mendaciter doctori; Anglico, litterula additione fuit attributus. Idem nonnulli putant imposturae genus accidisse Commentariis, in Apocal. & in Epist. Canonicas. Sed: quicquid sit de hoc auctore; Lumen istud caelitus cum veris reuelationibus infundi solitum, Theologi contemplatiui seu mystici variis nominibus appellant: *soporem internum, intimam inspirationem, dulcedinem experimentalem, diuinam illustrationem, sensum nimis sensibilem, abscondi-*

**A** tum manna, donum discretionis spirituum.] Adhuc controuertitur, an hoc lumen sit idem cum lumine fidei, an quid diuersum ab eo, eique superadditum: posterius verius Pico videtur i, & mihi quoque formali saltè distinctione, fortassis idem est re, & nouam nactum materiam, eo se extendit ac porrigit nouo quodam modo, sed nolo subtiliora haec & minutiora nunc discutere: vide si libet Delgadum lib. 1. cap. nemo.) siue re idem sit, siue diuersum; quando hoc simul datur, tunc grauius peccat, qui huiusmodi reuelationi fidem non praebet. Sic Zacharias exemplum, linguae vsu priuatus k: & in Regum Historia, qui iubentem Prophetam non sauciauit, & qui propter inobedientiam discerptus fuit à leone l.

**C** Dixi 6. praenoscens quia prophetiam definitio, quae maxime germana, cui proprium, vt, quod praenunciat, id sciat se profari; iuxta illud Danielis m. reuelatum est Danieli verbum verum, intellexitque sermonem: intelligentia enim opus est in visione. necessarium ergo est intelligere: sed & aliis nunciare: quare.

**D** Dixi 7. atque denunciatus nam prophetiae donum datur ad Ecclesiae utilitatem, vt, quae, Deo inspirante, sancti cognouerint, ea ceteris annuncient. Illud denique quaei consuevit: Lumen istud, ad quam qualitaris speciem debeat reuocari? Communis sententia eadem est, quae D. Thomae n, ad patibilem qualitatem reduci, quia sit impressio quaedam subitanea, similis affectioni transeunti & facile recedenti, non enim prophetis semper adest, saepe illos deserit. Haud inepte cōpares versantibus in tenebricoso loco; qui, candelae lumine illato, circūstātia cernere

incipiunt;

d. 4. Reg. 20  
Isa. 38. 1er.  
16. ar. ver.  
6. Ezech.  
18. v. 21.

eli. 4. dial.  
cap. 48.

lib. 6. p. 6.

gin d. comp.  
pendio. Re.  
sol.

G.  
d. cap. 2.

i d. cap. 3.

k Luc. 7.

l 3. Reg. 20.  
v 36.

mca. 10. v  
i in cuius  
expositio-  
ne extrema  
supramodū  
ridiculus  
est Calci-  
nus.

n d. art. 2.



o ca 7. v. 8  
p 1 cap 1.  
v 17.

q libr 7. de  
fato. ca. 14

incipiunt eodem elato, rursus illis oc-  
cæcantur omnia. Vnde Michæas o, cū  
federalo in tenebris, Dominus lux mea est: &  
B. Petrus p: Habemus propheticum sermo-  
nem, cni bene facitis attendentes, quasi lu-  
cerna lucenti in caliginoso loco. Habet ta-  
men hoc lumen adeo multa commu-  
nia cum supernaturalib. habitibus; vt  
Iulius Sirenius, vir eruditus, conetur  
probare q, melius reduci ad habitum,  
apud illum inuenietis argumēta, qui-  
bus communem sententiam impu-  
gnat. nec lubet, nec vacat plura.

QVÆSTIO II.

Qua sint species Prophetia.

A

DVo, quasi suprema genera prophe-  
tia, in S. S. inuenio: vnum, per Sa-  
cerdotes, alterū, per prophetas: sæpe qui-  
dem qui Propheta; iidem & sacerdo-  
tes erant, sed aliter futura prædicebāt  
quatenus Sacerdotes, aliter quatenus  
Propheta. Res est non omnibus per-  
uia, & digna diligentiore examine.

SECTIO I.

De rationali, & Vrim ac Thummim.

Sacerdotalis prophetia modus consi-  
stebat in applicatione Ephod. fuit  
autem, Ephod duplex. vnum lineum,  
etiam minoribus concessum ordini-  
bus r, vt puero Samueli; alterum, Sa-  
cerdotale, quod etiam vocatum est, su-  
perhumeralis, auro & trium colorum  
varietate ornatissimum s: Iosephus et-  
iam vocat stolan hieraticam, epomi-  
dē, & diploidem: huic aureis cathenu-  
lis appensum erat, Rationale, seu Pecto-  
rale. vtroque enim nomine vtuntur  
Latini: Hebraei, chofen, vocant, iuxta  
puncta quæ nūc habemus; nam Iose-

11. Reg. -  
Ep eo loco  
narrat Au-  
gelma.  
Ide scrib-  
tur. Exod  
28.

חֹשֶׁן  
אֶבֶן

A phus aliis vsus fortassis, cum vocat, Ef-  
sen: Græci eodem teste, λόγιος Scriptum  
quidem aliquādo apud Septuaginta,  
Philonem, & Hieronymum inuenias,  
λογίος, sed mendose: pertineret enim  
potius ad locū consulendi, rectius ab  
bi apud eosdē, λόγιος: quasi dicas ora-  
culum. sic n. ab Helychio, λογία, expli-  
cantur, λογία, & apud Plutarchū,  
in Sylla, vates vocantur, λογίαι. Sed cur

B λόγιος? Si Græca Iosephi verba perpen-  
das, q. veritatis irrefragabilis oracula  
fundebat. Latinis dictum, Pectorale,  
quia pectori appensum: rationale, quia  
more animalis ratione p̄diti rationa-  
batur: hac ipsa de causa, iudicij, elogio  
addito, illud cohonestabat, vocantes,  
rationale iudicij, & iudicium sthorū Israel  
a, & iudicium Vrim, in Hebræo quidem  
fonte b. Rationem reddit Iarrius,  
quia supra Vrim inscripta vocula, Mis-  
parb. sed hoc somnium est recuti. po-  
tius crediderim, quia Sacra S. consue-  
uit, id quod quisque facere debet, siue  
cuiusq; officium, vocare, iudicium: Sa-  
cerdos autem, rationali indutus pro-  
ponebat Deo hominū dubia, delide-  
ria, & negoria: & per rationale, non  
tantum Deus propitiabatur, sed etiam  
significabat hominib. quid fieri vellet

C & quis rei successus futurus esset, vt  
non male abenezra. Huc sane facit,  
ipsam nomē Vrim & Thummim: de cu-  
ius etiam significatione & vsu viden-  
dum. Scriplere quidē multi, sed optes  
merito distinctiora & clariora, vt rei  
dignitas postulabat. cæteris melius e-  
gere Tostatus, Lipomanus, Fran. Ri-  
bera, & Nic. Serarius d. Agendum ac-  
curate de tribus; nomine, re, vsu.

D Quoad nomen: Chaldei vocarunt,  
Vraia & Thumaia: Hebraei, Vrim, &  
Thummim. Vrim, significat illumi-  
nationes, seu lumina, à radice Vr.

E חֹשֶׁן  
&  
אֶבֶן

Græci



Serarius,  
Theob. de  
Iohann. Sa-  
cerdotib.

B  
& תמים  
אורים  
אור.

c. D. Augu-  
stini in Exod. 9.  
117. David  
Kimchi in  
libr. radi-  
cum, Cate-  
ch. in Exo. Pa-  
g. 61.

f. d. q. 117.

g. in d. cap.  
28 q. 12.

h. Exod. 25.  
27.

Græci vertunt, τὴν ἀληθειάν, ἀλάστον, φωνήσους, φωνήσους. noster, doctrinam. cum agit de rationali, cum vero de ipso Sacerdote, eruditum. Thummim, significat perfectiones à thamá, perficere: Græci nuncupant, ἀληθείαν, τελείωσις, & τελείωσις, noster vertit, veritatem, & aliquando Metonymice, Sacerdotes, vel etiam aliter, prout illi res visâ postulare.

Sed quid rei ista nomina, *Vrim*, & *Thummim*? quidam negant se scire eputo ex scriptura tamé id colligi posse. Alii censent diuersum quid fuisse in rationali à XII. lapidibus: sed dissentiant inter se. fuerunt qui putarint. XIII. lapidem fuisse (Suid. vocat adamantem) cuius color, pro diuersitate prosperi vel aduersi successus, intrate in atria Sacerdote, mutaretur. hanc opinionem, meo iudicio, D. Augustinus ffabulosam vocauit, nec de Iosephi sententia locutus. Abenezra nescio quas astrolabii figuras comminiscitur: quem multis rationibus luculenter Tostatus refellit. Salomō Iarrius, & Eugubinus censent, fuisse nomen ineffabile rationali inscriptum: Philo Iudæus, & Hugo Victorin. volunt, ipsa hæc verba (*Vrim* & *Thummim*) rationali in sculpta fuisse, alij laminas quasdam lucentes, & quisque quod somniauit, vel in buccam venit, vt licet videre apud Tostatum. *Verum mihi placet*, quod multis alijs, nihil ab ipsis lapidibus XII. diuersæ rei fuisse. Primo, quia cenfeo hæc ipsorum lapidum fuisse nomina, sicut iidē lapides etiam alibi *h* vocantur, *Soham* & *Millum*, lapides candorum seu pelluciditatum & plenitudinum, vel vocantur *E* dumtaxat, *Millum*, vt videtur noster interpret intellexisse: qui vertit, *lapides Onychinos* (hoc dicens de duobus

A illis supra humerum) & gemmas ad ornandum Ephod. (sic vertens *Millum*, de his XII. lapidibus) obscurius LXX. qui *Soham*. vertunt, *σαρδύς*. nam *Sardius* vnus ex XII. Secundo, quia, si quid aliud fuissent, certe Moses, qui cuncta, quæ in *λογίῃ* inerant, tam accurate perscripsit & appendit, aliquid de eius, quod erant, forma, quantitate, qualitate, materia, loco, nobis prodidisset: Responder Iarrius, idcirco hæc prætermissa, quia vel Deus, ipse, vel Moses, in Monte Sinai, *Vrim* ad *Thummim* fuerat fabricatus. Agapetis, fabulator: hoc tu de capite tuo. si verum foret, hoc ipsum nobis S. S. tradidisset: sicut tradidit, priores Decalogi tabulas à Deo, posteriores à Moyse perscriptas.

Obiiciunt, postquam Deus i Mosi iussit ponere in rationali XII. illos lapides, mox vt de re plane alia, alio loco *k*, dicitur: *pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem, &c.* Respondeo hoc dici, vt breuem quandam anacephalōsin & explicationem cunctorum, quæ de his omnibus lapidibus p̄miserat. q. d. iussi, vt tales & tales gemmas rationali infereres. cape nunc iussionis illius causam, idcirco iussi, vt hæc gemmæ tibi sunt, *Vrim* & *Thummim*, hoc est manifestatio & veritas rerum futurarum. Hoc enim breuiter, ait, id quod in rationali ponēs, hoc tibi futurū doctrina & veritas. Nec vllam hic video obscuritatem in hac repetitione, nec nouitatem in nomine, tam Hebræis non nouo, sed & celebrato. Dicitur autem rectissime Moses, *ponere in rationali Vrim & Thummim*, quia lapides illos per Beseleelē curauit ex Dei præscripto inferi rationali. Nisi forte censent, ipsum per se Mosem intexuisse illa verba, &

i Exod. 28.  
v. 17.

k v. 30.



non per textorum magisterium ac manus. Quod si ponere, tum per illos dicendus Moses: certe & nunc nostra in sententia. Deinde sciant aduersarii, eandem vim esse phrasium huius, lapides millium, & millium, simpliciter, item, lapides vrim ac thummim, & vrim ac thummim, simpliciter. utrobique enim iidem lapides significantur, sed illic additur vox lapidum, quia de gemmis dumtaxat, qua gemmae erant, agebatur: hic vero omittitur vox lapidum, quia de iis agitur, non qua lapides, sed qua gemmae oraculi exhibitrices. Quid autem ineptiae est, si Metonymice oraculi nomen tribuatur gemmis, oraculum fundentibus? Notae ne Metonymicae Sacrae scripturae sunt locutiones? Quid tenebricosi, ponas, &c. pro. pones in rationali lapides, quibus, a munere, nomen est, Vrim & Thummim? Nec opus fuit exprimere modum aliam, quam seriem ipsam gemmarum satis expressam. Illi potius exprimere deberent, ubi illud in rationali vacuum, ad haec nomina intendenda? an inter singulos lapides? an in ambitu omnium? an ad dexteram, an ad sinistram? demonstratiuum, cur potius demonstraret hanc texturam, quam lapidum miraculum? immo hoc potius, q. d. admirandos illos lapides, Vrim & Thummim. Auctorum qui nobis obiciuntur auctoritas magna foret, si vel inter se conueniret, vel rem discussissent diligentius. D. Hieron. ad Fabiol. quod nobiscum pugnet, nihil habet, quod faueat aduersariis, tantundem utitur solum modo loquendi sacrae scripturae. D. Aug. q. 117. ambigne loquitur, & quid esse potuerit indicat, professus id nesciri. D. Greg. p. 2. past. c. 1. nihil omnino dicit, praeter verba scripturae & mysticam expositionem.

A Rabanus lib. vlt. in Exod. per, sine hoc, sine illud, rem resoluit. Radulfus, lib. 6. in Leuit. asserit dumtaxat fieri potuisse, ut inscriberentur haec verba. Rupert. in Exod. obiter, nec aliud, quam, doctrina & veritas inscribitur illi. Solus ergo cum Hugone Victorino, ex Patribus, Philo videatur hoc certo censuisse: et si de Philone etiam dicat quis, non inepte, texturam non vocasse vocum harum inscriptionem, sed lapidum inscriptionem & has ipsas lapidum texturas, vocatas manifestationem & veritatem: & sic etiam has virtutes dicere depictas in 78. 20. 21. 22. propter lapides fulgorem propheticum emittentes. Et recte ex Iosepho, l. 3. ant. c. 9. Ribera noster hoc, cum Lyrano & aliis, collegit, quod diximus, quia licet Iosephus nomina Vrim & Thummim, non nominet: usum tamen & miraculum describens, satis aperte indicat, se prophetiam per Vrim & Thummim ipsismet lapidibus tribuere. Scilicet ignorasset Iosephus hanc scripturam horum nominum: aut si sciuisset, tam pertinaci silentio inuoluisset.

Sic ergo status, Vrim & Thummim fuisse has ipsas gemmas, X 11. ut voluit Iosephus: Lyran. Tolst. Oleaster & Ribera. Videtur enim hoc probabilius, tum propter ea quae iam diximus: tum, quod in Leuit. ubi Sacerdos vestiturus, nulla sit horum X 11. lapidum mentio, sine quibus nunquam Sacerdos rite vestitus fuisset, sed eorum loco, tantum sit mentio de Vrim & Thummim: ut hinc appareat, talibus nominibus, ipsos lapidesmet significari. Quia quoniam splendidi & micantes clarissima resfulgebant luce, dicti sunt non solum splendidi & lucentes, quod parum futurum, sed splendores & illuminationes, Vrim.

&amp; quo



& quoniam erant ex gemmarum illis generibus, lectissimi, integerrimi, & perfectissimi, dicti sunt, non perfecti, sed perfectiones, *Thummim*: ea emphasi, qua solent Hebraei, vt & Latini, abstracta pro concretis vsurpare, quam Oleastri sententiam, æquum non fuit à viro erudito acerbi<sup>9</sup> exagitari LXX. vero & vulgaris dum interpretantur, *doctrinam & veritatem*: maluerunt sua nobis versione vsùm lapidum, quam vocis significationem exhibere: prudenter id amplectentes, quod magis ad mores legentis formandos faciebat. Nominum vero ratio hæc fuit. *Vrim*, dicta, quia, vt lux quædam, tenebras ignorantia discutiabant fulgore suo: *Thummim*, vero, quia, vt omnis prophetia, certa quoque splendoris erat promissio, & indubitato Deus, quod fulgore pollicebatur, id euentu perficiebat, nec fas erat dubitare. Hæc de re.

De vsu prophetia, duo nobis sunt consideranda, modus interrogandi, & modus respondendi. *Interrogationem*, Hugo b Victor. censet, per quasdam fortiones solitam proponi. Quod unde acceperit, aut quid illi suffragetur, nescio. Iarhius & Abenezra tradunt solitos codicillis inscribere quasita, & hos rationali imponere: cuius rei cum in Sacra Scriptura nullum vestigium inueniatur, nihil vereor istud pro commeto relicere, communemque sententiam aliorum amplecti. Receptius enim & verius puto, Sacerdotes, post debitas preces, viua voce proposuisse interrogata, indutos, cum alia vestimenta sacerdotalia, tum Ephod & Rationale seu monile gemmatum Ephodi appensum, de quo nunc agimus: quod vocabant, *applicare Ephod*, seu *consultare Dominum*

**A** *applicato Ephod*, vel simpliciter, *consultare Dominum*, quando de Sacerdote sermo, vel pro se, vel pro rege, sic enim rex per Sacerdotem consulebat Dominum: quem morem nobis SS. explicat s per Esdram, si ad Hebræum fontem recurras. vbi enim nos habemus, *donec staret Sacerdos doctus & eruditus: LXX. vertere, staret illuminationibus & perfectionibus* (nam qui cum Gētilibus malunt, *imitationibus*: Latine quidem loquuntur, sed vim vocis Hebrææ, quam LXX. sunt optime interpretati, parum expresserunt) illic inquam Hebr. est: *stet Sacerdos, Lehurim vel thummim*, & sensus est: *donec sacerdos Dominum consulat indutus Vrim & Thummim*. Et (quod erudite Ribera notauit) vt collationem summæ dignitatis Pontificiæ designent sacræ litteræ: dicunt, *Vrim & Thummim* alicui collata. Sic enim Moses tribui Leuiticæ benedixit: *Perfectio tua & doctrina tua viro sancto tuo*. vbi Hebr. est, *Vrim & Thummim tui viro sancto tuo*: & eodem sensu LXX. vertere: *Date Leui manifestationes eius, & veritatem eius*. Quæ ad litteram de eodem sacerdotali ornatu sunt accipienda: sed per hunc ornatum allegorice significatur perfectio & doctrina, qua sacerdotem præditum esse oporteret. Tostat. ibi valde se torquet, & vertit in varias interpretationum formas: sed hæc, quam dixi, simplicissima est.

*Respondendi modum*, arbitror duplicem fuisse. Cum enim has gemmas Deus inseri iusserit pectorali: vt per tā lucentes perfectosq; lapides, ipse lucis perfectionisque omnis auctor interrogaretur: & respondens tam Sacerdotes, quam principem & populū

d1. Reg. 13  
v. 9.c d e. 23. v.  
2. & 4. et c.  
22. v. 13. c.  
15. & cap.  
8. v. 6.  
2. Esdr. 7.  
v. 65.3 Deut. 33  
v. 8.



spirituali sua luce illustraret ac pficeret, euoluens inuoluta, explanas ambigua, & docens quæ facienda omitte-  
 tendave forent, & modos p̄scribens, quibus res inchoanda perficiendaq; satis apparet, responsiones interrogationibus accommodari debuisse: interrogationum vero quædam per affirmationem negationemve nudam possunt expediri, quædam longiorem requirunt explicationem. Arbitror itaq; ad prius illud gen<sup>o</sup> interrogationum, nudo lapidum splendore seu fulgore responsum: & ex eo Sacerdotem colligere solitum, suaderet an dissuaderet consulenti: quo sensu accipio Iosephi dicta h, quem Tostatus & Ribera merito sequuntur: nec est, quod quis arbitretur D. Aug. hoc fabulosum iudicasse: nam quid perstringat, paulo ante docui. ad posterius genus interrogationum, non respondebatur illo tantum splendore (nec enim commode hoc potuit) sed longe aliter. audiebatur enim à Sacerdote interna quædam, vel externa quandoque locutio seu oraculum, quod ipse postea interrogati manifestaret. Quamquam nec hic absurdum sit opinari, ad splendorem tunc lapidum accessisse sacerdoti lumen propheticum mente eius à Deo infusum. De hac quidem responsione prolixiore, patet ex Regum gestis i, ubi præter responsionem ad interrogata, in super Deus docuit modum prælii conferendi, & propter talem modum responsionis, puto genus hoc oraculi vocari consueuisse, *responsionem per Sacerdotes*.

Vidi qui contra Iosephi quem sequor, sententiam, non vno ariete moliretur. 1. sibi displicere scribit, & suspectum esse singulare Iosephi testimonium. 2. quoniam in eodem loco Io-

sephus duab. adhuc aliis in reb. labitur: hic quoque lapsus, tum quia dicit hoc à Græcis, *λογιον*, vocatum, cum tamen LXX. sic vocarint, qui Hebræi fuerunt, tum quia dicit ducentis ante suos commentarios annis, hos splendores ob legis violationem extinctos: cum tamen Thalmudici, & Iarrhius, & Kimchi, & Elias Germanus testentur, diu ante huic oraculo finem impositum, scilicet iam inde à captiuitate Babylonica, quod à Iaddo responsum ferunt Alexandro Magno petenti, ut pro se Deum de belli Perfici euentu consuleret. Denique quia sequeretur ex hac Iosephi narratione, hoc oraculum tantum insueuisse de bello respondere: quod non est verum, item sequeretur solummodo consueuisse de illis quæstionibus, ad quas, per ita, vel, non, responderi posset. constat autem sæpe pluribus respondiisse, & quidem interdum inopinata, & præter interrogationem ita. His vir acutus & egregie doctus conatur Iosephi fulgorem infuscare: sed leui manu fuligo potest amoueri.

Ad primum respondeo, licet id solus Iosephus dixisset: maximam eius, in rebus ad Sacerdotium spectantibus, cum ipse Sacerdos fuerit, auctoritatem esse debere: præterea nullus alius superest illius aui Hebraus scriptor, qui talia discutere potuerit, præter Philonem & Iosephum. Philo pauca huiusmodi attigit, allegoriis solis intentus: neque negauit. Iosephum ergo solum id affirmasse, quid mirandum?

Ad 2. nego in his Iosephum labi. Licet enim LXX. fuerint Hebræi Sancheditæ, Græce tamen non Hebraice scripserunt, & cum Græce scriberent, *λογιον* dixerunt: & eos postea cuncti

h lib. 3. antiq. ca. 9.

1 Reg. 5. v. 23

1. Reg. 28 v. 6 ubi Hebr. est Vrim.

1

2

pro-



Profelyti Græci in hac nomenclatura secuti fuerunt, non aliam ob causam, nisi ob eam, quã Iosophus ibi retulit; ex cuius cõtextu Græco, manifestum est, eum loqui de Græcis duntaxat illis, qui Iudaicos ritus venerabantur. Notum vero Iudæos & Græcos sic distingui, vt Græcorum nomen retineant: quorquor ex gentilib. ad Iudaismum transierant. *b* De oraculi quoq; cessatione, merito Iosephi auctoritatem cunctis Thalmudicis sexcentis Rabbini recentioribus, qui toti<sup>o</sup> antiquitatis sunt imperitissimi, præfero. De Iaddi quidem illo respõso, quoad oraculorum cessationem, nec Latini, e Græci Historici; *d* qui res Alexandri scrupulose ferme sunt profecuti, vel vno verbulo meminerunt. Iosephus vero e Zonaras, & Glycas, qñ accurate narrant, quã Iaddus cum Alexandro egerit, ea censent, vnde satis colligatur, de oraculo per Vrim & Thumim nihil Alexandrum cogitasse: cuius illud quoq; fuisse ignarum prorsus verisimile censeo: De Victoria vero cõtra Darium, à Deo docent per visum certiore factum. Arbitror ergo Iosephum egisse de fulgore huiusmodi penitus semperque cessante. Nam per interualla, quin aliqñ etiam prius cessauerit, vt Saulis, & postea quorũdam Regum, post Dauidem, tempore; non est dubitandum. Glycas quidem findicat, qñ Israelitẽ Deum offenderant, non cõsueuisse illis Deum per Ephod respondere. Sic igitur suspicor, solutos Iudæos primo per Sacerdotes, applicato Ephod, Deum cõsulare: si hac via nõ succederet, recurrisset ad Prophetas etiam qui Sacerdotes non essent, g sic enim legas ipsos quoque Sacerdotes ad Holdam prophetissam oraculi causa adijisse. *h*

**A** Ad tertium dico, nihil eorum sequi, quæ inferuntur. nam belli meminit Iosephus, vt rei, de qua frequẽtius agebatur: Fulgoris vero tantum, prætermissa subsequente Sacerdotali manifestatione, meminit, quia manifestatio illa res solita; fulgor vero, res cæteris gentibus plane insolita & inaudita erat. & ideo illam memoriæ statuerat commendare. Duplex ergo fuit vnus oraculi Vrim & Thummim manifestatio siue responsio, prior illa & exterior, tantum per fulgorem lapidis: & posterior quandoque etiam extrinseca, per Sacerdotem prophetiẽ spiritu imbutum, qui quod perceperat admoto pectorali, id postea quærentibus manifestabat. Fortassis propter tot manifestationes concurrentes. Septuaginta interpretantur iudicium τῶν δυνάμεων, hoc est, iudicium bis quidem manifestorum Sacerdoti, & tertio manifestorum consulentibus. Eandem ob causam, Vrim, vocarunt illuminationem; & Thummim, veritatem siue perfectionem (eodem enim hæc recidunt) quoniam Deus neminem fallere vel põt vel vult; sed quicquid Sacerdoti dicebat, hoc verissimũ & numeris omnibus erat absolutissimum. Sacerdotis quoq; officium erat eadem populo vere ac plene denunciare nulla omissionis, dissimulationis, mutationis aut falsitatis alterius adhibita mixtione. *i*

**E** Hæc de re valde obscura, si non luculenter, haud certe prorsus indiligenter dicta sufficiant.

## SECTION II.

De oraculis Prophetarum.

**S**uffecerint ista de Oraculo per Sacerdotes. Post Dauidis regnum, raro

*i* Sic Philo l. 4. de vita Mosi Origin. l. 6. in Len. Hoer. in. 3. Ose. & epist. 117 ad Fabiol.

A

*b* Ath. 14. in prin. & passim in mmo Test.

*c* Q. Cur. in Ruf. fu. *d* Diodor. Sic. Pluta. Ariar. e Ioseph. li. 11. antiqu. in fin. Zonar. tom. 1. Glyc. p. 2. annal.

*f* par. 1. Annal.

*g* patet ex 1. Reg. 20. 7. 6. 4. Reg. 22. v. 14.



per Sacerdotes Domino respondente, frequentius esse cœpit, oraculum per Prophetas; quod diuidi potest in visionem, & somnium: sicut & oraculum per Sacerdotes, diuidi potuit etiam, in visionem fulgoris, & manifestationem verbi: id eo quædã ex dicendis, de visione. & verbo, analogia quadam possent etiam accommodari prophetiæ, *Vrim & Thummim*: vt non obefæ naris lectores facile animaduertent.

*Visionem & verbum*, Græci Patres & LXX. non raro confundunt, vt & ipsa Scriptura: cum visionem dicit auditam, verbum vero visum vel ostensum. k vt cum Isaias dicit. *Audi cœlum, quia Dominus locutus est*; & tamen initio vocaret, *visionem*: & cum Zacharias & Ezechiel dixissent, se verbum Domini explicaturos, subdunt visionem, m differunt tamen. Nam

*Visio*, Græcis, *ὄρασις*, vel *ὄραμα*, Hebræis, *roè*; est prophetia, qua mens spiritali oculo cernit obiectum propheticum ipsi cœlesti lumine repræsentatum, differt, à verbo, quia verbum sæpe contingit sine visione, & visio sine verbo: differt, à somno, quia visio sæpe offertur vigilantibus. crebro quoque vsurpatur more Hebræorum pro concreto, seu pro re visa; sic Moyses rubum n vocat visionem: sic Prophetæ dicuntur videre visiones. o Tales consueuerunt esse frequentius Sanctorum virorum reuelationes: quæ quibusdam sæculis crebræ admodum leguntur, vt vno sæculo duodecimo fere, Orni solitarij, quam Geruasius Presbyter descripsit; Tundali Hyberni, Cyrilli Presbyteri, Roberti Abbæ Lymburgensis, Ioannis de Plinio, Ioachimi Siculi, Simonis Stochij Carmelitæ, Ioannes Brydlyngton & aliorum.

A Verbum, siue ( vt maule Cyprianus) sermo Græcis, *λόγος*, Hebræis *Dabar*, est prophetia, qua Spiritus sanctus, mentali quadam locutione, prophetam occulta docet, vt cum Esaiæ p dixit; *Sumet tibi librum*, & iterum: *q vade dic Ezechia, &c.* Locutio ista fiebat, vel voce formata in aëre, & audita, vt Abrahamo ne filium necaret: r vel verbis in ore prophetæ positis, vt Balaamo, & hæc Aramæis proprie dicta; *Malki*, Hebræis, *Malchuth* (hoc est consilium) quasi dicas regem prophetiarum, siue prophetiæ speciem præcipuam, nihil enim consilio est vtilius. Visioni & verbo hoc commune fuit, quod vel de lætis, & faustis erant, & in nouo Testamento tunc vocantur, *Euangelium*: in veteri nomina visionis aut verbi retinent: vel erant de infaustis ac tristibus rebus, minarum & luctus annunciatæ, regibus ac populis exitia portendentes: tunc Hebræi vocabant huiusmodi prophetiam, *Massa*, à verbo, *Nasa*, leuare, tollere, portare, assumere. Per hanc radicis varietatem factum, vt controuertatur, quid proprie in sacra Scriptura significet, *Massa*? Olim Aquila vertit *ἀγγελμα*, non accipiens pro curru (vt apud profanos) sed pro pondere seu onere, vt noster optime trātulit. Calamitas enim cui impendet, eum Aethna grauius premit: & in quæ talis prophetica sententia ferebatur, hic metu atq; tristitia oppressus, quasi caput nequibat erigere. sic explico, & amplector D. Hieronymi sententiam, in *Nabum*. Quid ni amplectar: semper (si attendas) vocabulum pro aduersa, nunquam pro secunda denunciatione inuenias vsurpatum: & perspicue Hebræum nomen, *Onus* seu *Pondus* significat, a & in Psalm. 27. Græca

k Isai. 2. & 13 & Amos 1. l Isai c. 1.

m vterque cap. 1. vide etiam Abdia 1.

רוה

n Exod. 3. 3. o Ezech. 1. isel 3. c. m similibus.

דבר

p ca. 8. v. 1. q. 38. v. 1.

r Gen. 22. v. 11.

[Num. 11. & 13. & 14.]

מלכות

B

D

16. 17. cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

cap. 1. v. 1.

verho



verſio φέρον, habet, hoc eſt, pondus. Sic nonnulli putant à Ioanne b vocari, βάρος, hoc eſt, vt noſter vertit, pondus: ſed, niſi fallor, ipſi falluntur: non enim illic ſermo eſt de prophetia, ſed de onere interdicatorij alicuius præcepti, vt recte Primaſius & Haymon ſenſere. Nec longe abit ſpiritus ſanctus, cum onus, vſurpat, pro ipſo populo, cui tale quid imminere denunciatum fuit: c quia talem populum Deus diu laborauit ſuſtinens, tandemque humeris ſui, quaſi onus moleſtiſſimum, excutit. dum eum abijcit; cum ſuo, quaſi fauore & peculiari deſenſione deſtituit. LXX. Theodorion & Symmach. ſolent vertere, λήμματα, quæ vox à λαμβάνω, deducta, donum & munus ſignificat. d quid commune, dicat aliquis, oneri & muneris? Multum ſane in propoſito: imo hic idem eſt onus & munus. Nam prophetica comminatio infortunij & ſupplicij iſtantis, præclarum & præcioſum eſt Dei donum. quia quos Deus diligit, caſtigat, & quos caſtigat, prius, vt reſpiciant, minas proponit illis, & vt ſolent fugare malentes, quam lædere; lapidem manu leuat, & oſtendit, priuſquam iaciat. Homini ſic liberum relinquit, fugere à ventura ira. Sane λήμματα, primario ſignificat limationem ſive aſſumptionem, ſecundario donum: eo, quod dum datur, à donante leuatur & traditur, à donatario vero aſſumitur. Vnde Theonis & alijs Mathematicis, Dialecticis quoque, λήμματα, nominatur, illa propoſitio; quæ demonstratione vel argumento infera, & non probata, aſſumitur ab alio, & vt, qui inſeruit illam probet, poſtulat. Sic eum interpretes iſti in SS. λήμματα, vſurparunt; procepta acceperunt, quæ aſſumitur ſi-

**A** ue eleuatur, idque conſentaneè idiotiſino Hebræorum; quibus Prophe- ta dicitur, quaſi aſſumere & leuare ipſum Onus, & liberatum intenta- re ceruicibus impiorum; quibus impijs breui imminentem diuinam iram comminatur: huc enim pertinent illa paſſinitus occurrentes phraſes, aſſumere luctum, aſſumere planctum, **B** aſſumere parabolam. Cauendum itaque ne cum Græcis recentioribus. e λήμματα, ad quamuis prophetiam extendamus. Si cui hæc nimis fuſe dicta videbuntur: iſi, quam ſe viri egregij in his conſerint, ſ conſiderare dignabitur; non diffido illum æqui- bonique hanc noſtram diligentiam conſulturum.

**C** Hæc duæ ſpecies, Viſio & verbum, aliquando iunctæ ſunt cum raptu, ſeu ecſtaſi, aliquando ſeparatæ, ſimul facere in raptu B. Pauli; ad tertium vſque cælum; vbi vidit & audiuit, quæ non licet homini loqui: fortassis etiam Ezechielis viſio quædam talis fuit, quæ vocatur, iad, hoc eſt, prophetia non leniter, ſed violenter influens.

**D** Quando igitur ecſtaſis accedit, tunc tenenda Patrum h doctrina: Prophe- tas non fuiſſe ſic mente captos vel attonitos, vt non probe ſcirent, quid prædicerent. Polychronius in Ezech. cap. 3. Quemadmodum diuini concantatore. ad demerſionem vſque procedunt, damone ſuporem illis ingenerante ita è contrario Prophetæ ſenſus afficitur, dum anima ſpiritu efficacia colluſtratur. hoc e-

**E** nim proprium fuit fanaticorum, quales erant hæretici Montaniſtæ, & vates Gentilium. vt ex Beato Paulo ſibi viſus colligere Theophylact. in initio commentar. in I. ad Cor. cap. 12. Im- merito valde ab Oliuario reprehēditur auctor, de ſpiritu & anima (exſtat

e Theoph. in Habac. & Nahū.

Et Ioan. Petrus Olina- rius lib. de prophetia cap. de Lēmate, A- rias Monta- na Prælu- diis in prophe- mi- nor. Franc Ribera in Nahum.

**C** g Ezech 1. v. 1. & c. 8. v. 1. & 3.

h Iuſti. ad monit. ad Gent. circ. ſin. & g 2. ad Orthod. Epiphani. (qui ſuſ) hare. Mo- tanianiſtæ qua eſt. 86. Hiero. præfat in Eſa. Chry- ſoſt. in Vſ. 44. & c. 29. in eſij. d. Cor. 12. Aug. 4. 2. cont. Acad. 2. 7

inter



i libr. de anima.

inter opera August. ) quod scripserit. B. Ioann. in ecclasi Apocalypsin scrip-  
 plisse. Nam ecclasi duplex est, vna di-  
 uina, alia diabolica: vt insinuat Ter-  
 tull. his verbis; *i Ecclasi hoc operatur de  
 suo proprio, vt sic nobis sapientia imagines  
 inferat, vt et errorum.* ] Sapientia sc. ac  
 veritatis diuina errorum & falsitatis  
 diabolica. Non igitur auctor ille ec-  
 clasim sumpsit, pro mentis attonitæ  
 abalienatione, & animi quadam im-  
 potentia: qualis erat in Pseudophetis  
 illis: sed more patrum & recto, pro rap-  
 tu, siue pro abstractione tantum à  
 terrenis, & sensuum corporeorum  
 functione: nec voluit sic constitutum  
 Euangelistam scripsisse; sed, quæ, dum  
 in tali ecclasi constitutus, viderat, ea  
 postmodum in scriptum redegisse. vt  
 mittam D. Pauli raptum: talis haud  
 dubie D. Ioan. fuit, quod testatur cum  
 dicit, *se in spiritu fuisse* (ἐν πνεύματι) scilicet correptum & absorptum in  
 ecclasi, vt rectissime Haymon fuit in-  
 terpretatus: breuiter idem vno verbo  
 insinuare voluit Andreas Casarien-  
 sis; *πνεύματι ἀγίῳ γὰρ ἐκείνος κείτονος*: quod  
 vocabulum, sic afflatum Spiritu san-  
 cto significat, vt totus ab eo correptus  
 mente seu spiritu, & occupatus solida  
 possessione fuerit: nam affectio animi  
 cessatorum, κατὰ τὴν, vocata, quia sen-  
 sibus corporeis ad tempus quasi pri-  
 uantur: vnde & morbus quidam ita  
 nominatus, qui corporis sensu motu-  
 que priuat, k qui & κρετέλιον nostri  
 medici, congelationem, appellant. Idem  
 significari puto, quando Prophetæ di-  
 cunt, *factam super se manum Domini*, l.  
 item, *elevauit me spiritus*, aut, *eduxit me  
 manus Domini in spiritu*; item, *cecidi su-  
 per eum mentis excessus*, vbi Græce est  
 ἐκστασις. n Perperâ Theodoret. & Theo-  
 phylact. o cum Lemma, confundunt

k Galen. li. 13. Thera-  
 pens. c. 11.  
 4. de locis  
 fact. Ario,  
 c. Egi-  
 net.  
 l 4 Reg. 3.  
 v. 11.  
 m Exec. 11.  
 v. 1. et c.  
 40. v. 1.  
 n A thor. 10  
 v. 10.

A cum huiusmodi raptum, hoc est, Lan-  
 cum Massa.  
 Tertia species erat, *somnium*, dor-  
 mientibus tantum medio simulacro,  
 siue phantasmate, cōtingens: Hebraei  
 vocant, *chalom*. p Græci, *κοῦπιον*. Si quis  
 quæ euentura sunt somnians, ipse  
 quid somniet non intelligit: tunc eius  
 respectu non erit prophetia: sed ad-  
 spectu tantum illius erit prophetia,  
 cui Deus significationem somnij re-  
 uelabit. quare Ioseph Propheta, & nõ  
 Pharao, vel eius serui: q Daniel Pro-  
 pheta, & non Nabuchodonosor: r som-  
 nians autem ipse demum annu-  
 rabitur Prophetis, quando cum som-  
 nio simul intelligentiam somnij per-  
 cepit; vt Daniel in altero superbi Re-  
 gis somnio. f. De his somnijs proph-  
 eticis tria sunt consideranda, modus,  
 causa, & gradus seu dignitas.  
 Modus multiplex est, vt accurate  
 noster Pererius explicauit. r quædam  
 immittantur cum pauore & horrore  
 somniantis, u quædam pacifice, x 2.  
 quædam non intellecta, quædam simul  
 intellecta, vt dixi. 3. quædam clara &  
 sine inuolucris, y vt Ioseph, trium Mā-  
 gorum, & B. Pauli: quædam obscura,  
 implexa, inuoluta, vt Pharaonis & ser-  
 uorum eius, & Nabuchodonosori. d  
 4. in quibusdā Deus alloqui videtur,  
 vt Salomonem, b interdum Angelus  
 bonus, vt B. Ioseph: interdum aliquis  
 homo, vt Paulum vir Macedo. c 5. ali-  
 quando somnia correspondent ante-  
 cedentibus cogitationibus, & sic ini-  
 tium sumunt ex causa animal: vt pri-  
 mum somnium B. Ioseph, & primum  
 Regis illi? Babylonij: quandoq; vero  
 nulla præcedit cogitatio, vt in somnio  
 secūdo B. Ioseph accidit. d. hanc diffe-  
 rentiam notauit B. Gregor. e 6. non-  
 nunquam nihil petenti Deus somniū  
 inopi-

o in Na-  
 bum.  
 D  
 p (ai. 11.  
 v. 7.  
 הלל  
 q Gen. 41  
 c 41.  
 r Dan. 1.  
 c 4.  
 s Dan. 5.  
 t Dan. 7.  
 u Dan. 8.  
 v Dan. 9.  
 x Gen. 31.  
 y Matt. 1.  
 z Dan. 1.  
 a Dan. 2.  
 b Dan. 1.  
 c Dan. 1.  
 d Dan. 2.  
 e Dan. 1.  
 f Dan. 2.  
 g Dan. 2.  
 h Dan. 2.  
 i Dan. 2.  
 k Dan. 2.  
 l Dan. 2.  
 m Dan. 2.  
 n Dan. 2.  
 o Dan. 2.



inopinato immittit, ut sit plerumque, & accidit in praedictis SS. exemplis: nonnunquam vero petentibus reuelationem eamque sperantibus, ut Danieli f. confusis enim Hebraeos huiusmodi desideria sua Deo proponere, & ab eo petere, ut per somnia futurum illis euentum pandere dignaretur, manifestius est ex S. S. quam ut quis debeat dubitare g. Soliti id ipsum Gentiles facere in templo Serapidis, seu Plutonis, ut discerent quare ratione a morbis liberarentur h, vel ad resolutionem dubiorum habendam, ut fecit Edesius i, & apud poetam Rex Latinus k: & in templo Aesculapij Apollonius l: & Spartani magistratus in templo Pasiphaes m: tale fuit templum Amphiarai n, & Gallie apud montem Garganum o, & huiusmodi templa vocabatur, Psychomantea. Conatus ad hoc crimen Apostata Iulianus, per calumniam, detorqueat Vigilijs Christianorum ad sepulchra Martyrum: sed retudit illum valide B. Cyrillus p. Iudeos nonnunquam eo superstitionis delapsos, ut ad captanda somnia in Gentilium templis incubarent, docet Esai. propheta q: qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres, qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt. ] Vbi LXX. ut solent, paraphrasticè addiderunt, propter insomnia, & in eorum causa incubationis explicantes. D. Hieron. In delubris, inquit, idolorum dormiens, ubi stratis pelibus historiarum incubare soliti erant, ut somnijs futura cognosceret. Quod in sano Aesculapij vsque hodie error celebrat Ethnicorum, multorumque aliorum. ] Idem Cyrillus, ibi in Comment. confirmat.

E Cause somniorum efficientes alio loco explicabuntur: nunc de diuino-

A rum somniorum finali causa ( ut vocant ) agimus dumtaxat : quæ ex SS. multiplex desumitur. 1. ut quis a mala absterreatur, sicut factum Abimelech r Regi Geraræ, & Labano s: hanc insinuat B. Iob t, in horrore ( inquit ) visionis nocturna, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, &c. & alibi u, terrebis me per somnia, & per visiones horrore cœcutes. 2. ut cōsoleretur afflictos, & maestos perfundat lætitia, quod de se asserit B. Angela de Fulgino cap. 16. 3. ut adhortetur ad aliquod bonum, ut Gedeonem x, & Iudam eiusque exercitum y. 4. ut moneat vel doceat quid agendum fugiendumve, ut B. Ioseph, & tres Magos z. hanc causam C Iobus significat his verbis, per somniū aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, ut aduertat hominem ab his quæ facit, &c. 5. ut spiritum prophetiæ, vel quod aliud spirituale donum simul largiatur: quo pertinent iuxta nonnulla ista moysi b, si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei vel per somnium loquar ad eum. Significare volunt, quod spiritum prophetiæ, vel visione, vel somnio, collaturus sit: potius crediderim agere, de ijs, quibus iam dato prophetiæ spiritu, significat se postea cum eorum nullo tam familiariter, quam cum Moysè acturum, cum hoc ore ad os, cum illis dumtaxat per visionem & somnia. Melius huc facit istud c Iobis: senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. præcesserat enim, effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri. sic donum sapientiæ & prudentiæ in somnis datum Salomoni d, ex probabiliore sententia Tostati e: sic promissio obuenturæ dignitatis, Ioseph & Mardocheo. f. 6. ad reuelatio-

r Gen. 20.  
s Gen. 31.  
t cap. 4. 13.

u r. 7. 5. 14.

x Indic. 7.  
y. 13.

z Mach. 15.  
Matt. 1.

cap. 2.

a cap. 33.  
v. 15.

b Num. 13.  
v. 6.

c c. 2. v. 28

d 3. Reg. 3.  
e Add. c. 3.

f. 2.  
Gen. 37.  
Ej. h. 11.



f Gen. 37.  
Esb. 11.  
g Gen. 28.  
Dan. 7.  
h Gen. 15.  
i Gen. 41.  
k Dan. 2.  
Et 4.

nem diuini alicui<sup>9</sup> mysterij g, vel mag-  
narum reip. aut imperij vicissitudi-  
nem h, vt Israhelis i, Egypti, & Nabu-  
chodonosor k. Ad hæc capita reduci  
possunt multa somnia diuina, quorū  
in Historijs Sanctorum fit mentio, vt  
illa Africana apud Victorem Vticens.  
de persecut. Vandalic. 2. oblata Eusebio  
Episc. Carthaginens. & quæ post obi-  
tum Sidonij visio oblata pincernæ ap-  
ud Greg. Turonens. lib. 2. hist. Franc.  
cap. 23. & inter alia vnum mimi, in vita  
Simeonis Sali, apud Metaphr. aliud fa-  
crilegio Traiectensi oblatum sapius,  
apud Sur. to. 4. in vita S. Frederici. aliud  
oblatum monacho Cluniacensi Beate  
virginis, tempore S. Odonis, apud  
Ioannem Monachum, l. 3. vita D. Odo-  
nis. c. 9. cuius occasione B. virgo cœpit  
vocari, Misericordie Mater. aliud Berta  
matri S. Suiberti, apud B. Marcelli-  
num, cap. 1. vita Suiberti. aliud S. Abra-  
mio confessori, apud Metaphr. in eius  
vita. Aliud Henrico Imper. apud Ru-  
pertum, in vita S. Heriberti c. 26. aliud  
S. Lutgero apud Monachos VVerti-  
nens. eius vite cap. 11. Et 16. aliud S. Hu-  
goni Gratianopolitano apud Guigo-  
nem, in eius vita, aliud Hartmanno  
Tuitiensi apud Conradum: in vita S.  
VVolphelmi, aliud multiplex Elpedi-  
phoro, apud Ioannem presbyterum,  
in vita S. Basilei Episcop. & Mart. & alia  
innumera.

De gradibus seu dignitate prophe-  
tiæ multa variaq; congesere Moses  
Egyptius l & Francisc. Picus m, sed  
minutiora, quam vtiliora: idcirco, il-  
lis omillis, tantum dico quod ex ijs o-  
mnibus intellectualis reuelatio: quæ  
fit sine cooperatione phantasia: præ-  
stantissima est, si secundum se & præ-  
cise sumatur: altera vero in qua phan-  
tasia ab intellectu excitata concurrat,

l in Ducto-  
re Dubi-  
tantium.  
m de pran-  
t. 2. c. pen.  
Et vlt.

A est præstantior extensue, quia primam  
& quid aliud præterea comprehendit.  
Sic etiam intellectualis per se  
sumpta, & comparata cum imaginaria  
perfectior est, sed si imaginariam  
addideris ad intellectualem, tum ex-  
tensue simul ambe perfectiores erūt,  
quam seorsim sola intellectualis. in a  
P. Franz. Soarez ad 3. par. q. 30. art. 1. dis-  
pen. 9. sect. 2. cui Episcopum Guadixensem  
Horoseum lib. 1. de vera & falsa prophet.  
cap. 3.

### QVÆSTIO III.

Quo pacto prophetia sue diuina reuelatio  
discernenda sit, à diuinatione sue  
diabolica reuelatione?

NON minus necessaria, quam at-  
dua est huius quæstionis accura-  
ta pertractatio, propter quotidianas,  
etiam spiritualium personarum illu-  
siones quæstus Synesius ante sex sa-  
cula multos tum temporis priuatos  
& Sacerdotes finxisse somnia, pro re-  
uelationibus, *ὡς ἂν ἴδωμεν τινος ἀνεπίστου  
ἀποστολῆς ἢ ἀποκαλύψεως* Ep. 54. in ea de-  
cidenda sequar vestigia aliorum, qui  
certatim ad hunc lapidem versan-  
dum accurrerunt: præcipui fuerunt B.  
Vincentius Ferrerius, tractat. de vita  
spirituali cap. 11. & 12. Ioann. Gerson,  
tractat. de probat. spirituum, & alibi pas-  
sim, Cardinalis Turretremata, in præf.  
Defensorij reuelatio. B. Brigitte, Henric.  
de Firmaria, lib. de quatuor institutibus,  
Ægyd. Carlerius, p. 1. Sports fragment.  
in princ. Hierony. de Ferrara, in Com-  
pend. reuelat. Ioann. Francisc. Picus,  
libro vltim. de prænotion. Ribadeneira,  
lib. de tribulatione cap. 15. Delegatus d.  
lib. 1. de auctor. Sac. Script. cap. 11. &  
nofter Franc. Ribera, lib. 1. vite de Iesu  
cap. 2. à quo citatur opus Ioan. de Ho-  
roseo



rosco de vera & falsa prophetia, quem nancisci tandem datum anno 1605. Pinciae, liber est varia eruditionis, & iudicij probi, seu Hispanice tantum scriptus, editus Segouiae lectu dignissimus. & quidam alij recentiores, quorum dicta cuncta inuenies, apud istos antiquiores. Possunt omnia reduci ad tria capita: de eo qui iudicat, de persona cui facta reuelatio, de ipsa reuelatione & eius circumstantijs. de singulis videamus.

## SECTIO I.

De necessarijs indicaturo de reuelatione.

**V**EL quis iudicat de apparatione propria, vel de aliena: & plus periculosi est priore casu. Vtroque oportet sit persona spiritualis & deuota. *nam animalis homo non percipit ea quae spiritus sunt.* Oportet itaque eum qui recte sit iudicaturus, primo *donum discretionis*, à Deo petere: vt queat sincerum manna diuinæ reuelationis, à mellita lethaliq; dæmonis offa dignoscere, & hæc discretio, conceditur aliqñ à Deo immediate simul cum ipso lumine prophetico, vt dictum est, aliqñ seorsim, idque vel ad priuatam accipientis instructionem, vel ad aliorum quoq; & totius Ecclesie doctrinam, & remedium. Hoc enim dono homo consequitur, vt in se, & de se sciat probare spiritus, & etiam sciat illos de alijs, & in alijs discernere. **P**otest autem hic considerari quasi duplex modus, vnus *experimentalis*, qui cum ipsa reuelatione propria infunditur illi, cui facta reuelatio: *qui modus* (vt ait Gerson) *sit per inspirationem intimam, seu internum saporem, siue per expe-*

*rimentalem quandam dulcedinem, siue per illustrationem à montibus æternis, effugantem omnes tenebras dubietatis.* ] Hic modus rarus est, & paucis concessus: & quibus concessus non est, illi non possunt, suo iudicio, in proprijs reuelationibus stare: quibus vero concessus à Deo fuerit, illi tamen eo vti non possunt, ad discernendas aliorum reuelationes, quia sicut, *nemo nouit quae sunt spiritus, nisi spiritus, ipse met: sic nemo cognoscit infallibili certitudine, per experimentalem hunc sensum, ea quae in alieno sunt animo.* **A**lter, modus: qui datur maxime in ordine ad alios: ille nititur etiam, seu confirmatur experimentis varijs, tum suum aliorum: & solet à Deo concedi maxime illis, quibus officij & dignitatis ratione incumbit animarum cura. Sed non debet quis facile sibi persuadere, se donum istud à Deo accepisse: ideoque ad preces continuas, etiam debet adiungere humanæ prudentiæ, & doctrinæ media. **T**ertius, enim est modus discernendi spiritus, quem vocant, *doctrinalem*, per diligentem & piam sacrae scripturae tractationem: quæ regulas præbet falsos prophetas à veris discernendi: lectio quoque sanctorum Patrum & Historiæ Ecclesiasticæ multum confert, vt, illusiones & reuelationes, signis ac notis peculiaribus queant diiudicari: his si adiungatur observatio virorum spiritualium, & experientia, & in ambiguis obscurisque consulantur viri docti, & pii, & in via spiritus longe progressi, in militia vero contra dæmonum astus exercitati veteranique: sperandum est posse deceptiones sic sentiri & vitari. Plane ad hunc vltimū iudicij ferendi modum, non sufficit sola doctrina, sed accedat



oportet ad illam experientia propria, vt quis sit & doctus & contemplatiuus, vt & Scripturam & reliquam Theologiam non leuiter delibaret. & in semetipso expertus sit variam (ait Gerson) affectionum spiritualium pugnam, tanquam ascenderit nunc in caelos, nunc descenderit in abyssos, & viderit mirabilia Dei in profundo. Nam qui nauigant mare hoc mysticum diuersarum affectionum, quasi collidentium se fluctuum, enarrant mirabilia eius. Inexpertus autem talium, quid nouit eorum? Ad hæc autem nulla magis necessaria dispositio reperitur, quam solidæ humilitatis, vt enim docet Moses apud Cassianum, solis humilibus à Deo hæc cognitio datur. Denique non est iudicium præcipitandum, sed res Deo diligenter prius commendanda, & multiplex scrutinium mentis faciendum: iuxta mox dicenda. Docent hoc sacræ literæ. Narrat Ioseph Iacob patri sua somnia: increpat eum pater, sed rem tacitus considerat a. Apparet angelus, Iosue filio Nun, formâ viri armati: ille disquirat interrogatione, quis esset, nec adorat incognitum b. Audit Samuel vocantem Deum, nec respondet Domino, sed accurrit ad Heli, donec monitus fuisset ab Heli sacerdote, quo modo se gerere deberet c. Helias discernit inter turbinem, commotionem, ignem, & auram lenem, & perpendit prudenter, in quo illorum Dominus se manifestaret. Salutatur Virginem sacratissimam Gabriel Archangelus: illa priusquam responderet: cogitat, qualis esset illa salutatio d: non id leuiter, sed admodum mature & diu, animo atque cogitatione voluebat, vtrum illa salutatio illusoria esset & à Deo, an à dæmone, vt optime Euthymius. Hoc imitatus

a Gen. 37.  
v. 11.

b Iosue 5.  
v. 13.

c 1. Reg. 3.  
v. 9.

d Luc. 1.  
v. 29.

A Diuus Ambrosius, cum illi corpora SS. Martyr. Prothasij & Gerualij reuelata, hoc Episcop. Cyprius, cum Diuus Barnabas illi se manifestauit, hoc ceteri sancti, vt vidimus, libr. 2. quest. 6. Si hoc illa mulier Carthaginensis fecisset e, quæ causa fuit schismatis maximi, non tam turpiter delusa fuisset, nec tot malorum Africæ occasionem præbuisset. Sane quamdiu res dubia est, longe totius censetur, potius eam pia cum humilitate repudiare, quam cupide & confidenter recipere, aut assentiri.

B Obijciat forte aliquis, apud Cæsarium legimus, multos precibus à Deo reuelationes, visionesq; & postulasse, & obtinuisse: si petere licet, cur non & oblatas amplecti statim atque recipere? Respondeo, multa fieri à multis non imitanda, immo nec probanda, maxime ab hominibus incomperata sanctitatis. Nam si quis, de quo constaret sanctum esse, id in casu aliquo peculiari & necessario peteret (quod olim sancte factum à B. Ephrem, docet Amphilochius, in vita Diui Basilij, & à sancto Mauro docet, in eius vita, Faustus, apud Surium in Ianuar. & à S. Hereberto docet Rupertus, eius vita, capit. 13. apud Surium mense Martio.) vt non auderem damnare: sic non venter ceteris suadere, ne idem sibi putarent amittendum. Quoniam inuenio viros doctos, & valde spirituales semper huiusmodi desideria ac petitiones improbasse: quia nasci solent ex occulta superbia, estimatione, & amore sui: quo cupiât manifestam alijs suam sanctitatem, & saltem ex curiositate vana, & optime tradidit S. Vincenti superius laudatus: & ideo Deo solet permittere tales decipi, & impingere, vt de se ipsa testatur, mulier singularis

pruden-



a lib. de vi-  
ta & errori-  
bus suis.

b lib. de o-  
rnatu metali  
D. August.  
li. 10. c. 10.  
c. 1. de vera  
religione et  
Circulo p.  
3. de super-  
st. c. 11.

prudētia & sanctimonia B. Catharina Bononiensis. a Deinde quia in tabulis non consistit sanctitas, neque perfectio Christiana, nec ista nos Deo faciunt gratiores, aut proximo vere utiliores. Denique quia huiusmodi auersari, non est ianuam Deo praecludere: sed, per custodiam sui, & humilitatem & castum timorem, Spiritum sanctum allicere, qui amat quiescere super humiles ac timoratos, quae cuncta diligenter ac serio tradita fuere à nostri ordinis viro, Franc. Aria. b prius nos docuit D. Augustinus conatum hoc demonem sibi persuadere, uti signum aliquod à Deo peteret: se vero id detrectasse, gnarum quam multos haec curiositas perdidisset. Ideo alibi mones his abstinere, & quod intra nos est, Dei regnum, in iis qua videntur, non quaramus, post Augustinum idem monemur à Gerson: cuius in similibus magna sane auctoritas est, his verbis; Enarrantur exempla sanctorum Patrum, qui curiositatem huiusmodi visionum, vel miraculorum tanquam perniciosissimam fallacissimamque resugerunt. A qua se Augustinus liberatum, in suis confessionibus, gloriatur in Domino. Quam propterea D. Bonaventura abhorrendam nimis esse determinat, totoque conatu repellendam, nunc orationibus, nunc increpationibus seu flagellationibus propriae mentis & corporis: exemplo illius, qui veneratione caret superbia, quae suum, & obtinuit à Domino, ut per tres menses Daemoniacus vexaretur obsessione. Alter sanctorum Patrum, dum sibi demon transfuratur in Christum, dicit, ego sum Christus et personaliter visitans, quia dignus es, confestim clausit oculos utraq; manu vociferans, Nolo hic Christum videre, satis est ipsum in gloria si videro: statimq;

A disparuit. Alter sub aliis verbis similem seruauit in huiusmodi illusionem humilitatem: Vide, inquit, ad quem missus sis. Ego certe talis non sum, quod dignus sim hic videre Christum. Alterum quia volebat intrare templum, dicens: Sibi satis esse, quod oculis corporeis aspexisset Christum, colligauerunt cathenis, soluere ieiunium, carnibus vesci, vinumque bibere compulerunt. Sicq; timore compresso, sanatus est. Pro cautela postea subdit idem, ut non modo suspensum teneatur iudicium, sed reuenter quoque cum Apostolorum Principe, dicatur; Exi à me Domine, quia peccator sum, quia vilis sum, quia visionibus tuis indignus sum, quas hic neque quero, neque accepto, sed repello. Sic in alio, non in hoc seculo visio tua tota merces mea Domine Deus & sufficit. Quid à me de visionibus tuis in hac vita? quid de Superiorum meorum monitionibus: mitte potius alium, quem missurus es: & me meus spiritus humili tegat obscuroq; loco.]

D. Bonaventura, quem citat locus est, lib. de profectu religios. cap. decimono, ubi etiam addit desiderio reuelationum multos lapsos in grauissimos errores. Prudenter itaque B. Virgo Coleta ipsi etiam Deo multa ei secreta reuelare volenti, respondit: Domine Deus, sufficit mihi te solum cognoscere, & peccata mea, eorumque abs te veniam obtinere. ] sic Stephanus Iuliacus eius vita c. 5. haec sane optime dicantur in propriis visionibus: in alienis approbandis, credendisque: ipsis confessariis alijsq; iudicibus hanc Gerson praescribit regulam: Caus ergo (inquit) quisquis eris auditor, aut consultor, ut non applaudas tali personae, & non laudes eam, non mireris, quasi sanctam, dignamque reuelationibus atque miraculis. Obfiste potius, increpa dure, sperna eam, cuius sic exal-



tarum est cor, elati sunt oculi, vt ambulet in magnis & mirabilibus super se: vt digna sibi videatur, qua non humano more operetur salutem suam, per doctrinam scilicet Scripturarum & sanctorum, cum dictamine rationis naturalis, nisi consilium habere presumat, & putet, ne dum ab Angelis sed à Deo, ne dum semel in necessitatibus, sed pene iugiter, velut in quotidianis colloquutionibus, talem admone, non sublime sapere, sed sapere ad sobrietatem: quoniam verissime ait, qui dixit, superbia meretur ludi. Et eo dignius, quo instar Pharisaei latentem harentemque osibus superbiam, sicut nec Phrisicus febrilem calorem, superbus attendit. Quid enim facilius quam se vilissimum peccatorem dicere, sed veraciter, simpliciterque ita sentire ex intimis, hoc diuini muneris est, non humani solius exercitij. Hoc vltimum addidit, quia solent personæ, quibus per reuelationes dæmon illudit, fateri quidem se peccatores & indignos esse; sed, vel aperte increpationes huiusmodi agre ferre, & sic detegitur interna superbia, & cognoscitur illusio: vel saltem ex duobus vnum prætexūt. nam vel dicūt se idcirco alieno iudicio nō credere, quia de suo certi sint per reuelationem intimam & secretam: vel sane non audere se visionem reiicere, quia si fortassis visio à Deo esset, hoc foret spiritui sancto resistere, & semen gratiæ eius in crepundiis suis extinguere. Vtrique dicto idem ille Cæcellarius Parisiensis optime occurrit. Primo quidem: Deum nunquam esse Deum diuisionis, ideo si ab ipso sit illa certitudo, nunquam per alterius iudicium contrarium eum impugnet: sed potius illi, quæ vel vt superiori, vel vt consiliarium saltem, humiliter consuluerint, idem inspiratu-

rum, atq; in mentem missurum. Nec enim patitur Deus sperantes in se, & timentes, & quod in se est facientes, in tãti momenti negotio, falli. Debet autem ei, qui vidit reuelationem, hæc ipsa certitudo, quam prætexit, de superbia & pertinacia esse suspecta: & tutior pars eligenda est. Nam sibi credendo & innitendo, potest peccare; superiori credendo, peccare nō potest: sed certo certius per animi submissionem & obedientiam mereri. Quod ad alteram ait: sed profecto spiritus S. qui se dat humilibus, nequaquam ex humiliatione, quam prædiximus, se subtrahet, intrabit potius, exaltabit, & in beneplacito suo deducet victor super excelsa anima hæc, in oculis suis vilem, & absq; vlla ruga fictionis, humilem & simplicem.] Hactenus ille. Sane hæc humilitas Deo tam grata est, quam quod gratissimum: Dæmoni tam odiosa, vt eam nō ferat, sed vt plurimum statim diffugiat. Non audes forte respuere? cogita decipite posse, & interea comperendina? & consule prudentiores te. D. Cyprianus, & alij sancti reuelationes magni fecerunt: sed eas tantum, quas à Deo esse sciebant. Olim quoque visiones diuinæ frequentiores fuere, quia magis necessaria: hodie quo minus necessaria, hoc infrequentiores sunt, & suspectiores habendæ, vt non immerito debeant, & à magistratu Ecclesiastico discuti, & à priuatis vitari: qui prætextu vel fictarum, (quod hypocritis proprium) vel habitarum (quod illusorium esse consuevit) reuelationum, de aliis (maxime illorum à Deo non commissis curæ) personis: in earum, (vt plurimum muliercularum,) familiaritatem & sollicitudinem sese ingerunt: vt & auorum memoria Be-



gardi & Lollardi, in Belgio; & nostra, Illuminati faciebant in Hispania, & hodie etiam alij quidam factitant, suo periculo, aliena fraude.

## SECTIO II.

De persona eius, cui facta reuelatio.

QVo ad personam Prophetæ, seu vidētis viſiones, multa ſunt conſideranda. Primo *fides*, illius, an ſit ſincere Catholica; quare non eſt credendum reuelationibus Dæmonicolarum, (qualis illa Childerico Regi Franciæ facta, procurante & explicante Baſina, quæ viuente adhuc marito ei nupſerat, & ſaga erat; qua ingenium poſteritatis eius declaratum Franciſci Hiſtorici putant, (lege *Gaguinum lib. 1.*) vel hæreticorum, Nam initio Eccleſiæ Cherinthus falſas reuelationes finxit, & eas Apoſtolorum nominib. inſigniuir, vt Caius & Dionyſius Alexandrinus tradidere: a tales prophetiæ ſectatorum Marci Magi: b tales prophetiſarum & ipſiuſmet Montani, vt Patres antiqui illius temporis prodiderunt, Claudius Apollinaris, Miltiades, Apollonius, & Serapion, quorum verba refert Eusebius: c tales Atehonticorum Martiades & Martianus, qui librum conſinxere, quem vocabant, *Reuelationes Prophetarum*: d Manetis quoq; tales reuelationes, de quibus contra Fauſtum agens D. Auguſtinus: talis Iuliani Apoſtata, quam narrat epiſ. ad Oribasium, de arbuſcula: tales, quib. Donatiſta Generoſum conati decipere: e & quibus utebatur Vincentius Donatiſta: tales, quib. illuſi Meſſaliani gloriabantur: f tales fuere noſtris temporibus Munzeri, & A-

A nabaptiſtarum, tales Campani, tales Iuſti Vellii, & Franc. de la Cruz reuelationes. Tales hoc año 1601. hic Grætij, qui ſuſpendio ſceleris pœnas luere duo maritus & vxor; qui penes ſe ſolos Eccleſiam remanſiſſe incolumem pertinaciſſime iactabant: ideo communes liberos pater baptizabat, mater patrini more ſpodebat. hi mundum hoc anno periturum prædicebant: ſed morte mundi interitum præuenere. Plurimos huiuſmodi dedit olim Britannia. Illic enim natus in Cambria quidam Merlinius Magus ſceleſtiſſimus: verum enim, fruſtra renitentiſus Pontico Virumpio, & Lelando, eſt hoc de illo teſtimonium Guilhelmi Neuburgij, & Polydori, & alias mendaciſſimi, Buccanani. Sane Magum fuiſſe, geſta eius à Galfrido Monumethenſe tradita conuincunt. Caue huc qui vteri Pendragonis æuo vixit, confundas cum alio Merlino Scoto, Helii Theleſini (qui & ipſe vates) diſcipulo: qui Aſtronomiæ & Phyſicæ, vt magiſter, valde peritus, multa fertur prædiſſe: & videtur aliis Prophetis Britanniæ, Kentigerno, Sanſoni, & Gildæ, annumerandus. Hanc Merlinorum diſtinctionem, notarunt Anglicarum rerum Scriptores, Treuiza, Ranulphus, & Giraldus Cambrenſis. Falſa fidei Pſeudopropheteæ fuere ibidem, Ioannes Ballus anno 1390. teſte VVadeno, in *ſiſticulo Zizantiarum*: & Pagani ante Chriſtum natum, *Eubages*, vocati: ex quorum ſecta, quidam Aquila, & alius Perdix, teſte Chriſtophoro Mylæo. Nec diſſimilis vanitatis ſunt prophetiæ eorum, qui ea in medium proferunt, quæ decreta Generalium Conciliorum, vel Sedis Apoſtolicæ conuellunt; vt ridicula prophetiæ illæ Marioni Aduoca-

Parilien-

a Euseb. li. 3  
ca. 17  
b Iren. li. 1.  
ca. 9.

c Iren. li. 3.  
ca. 17.

d Epiphanius  
heret. 40.

e D. Auguſtini  
epiſt. 165. ad  
lib. 3. de an.  
ma. ori. e. 11.  
f Theod. li.  
4. her. ſub.



Pacientis de Societate Iesu, refutata valde à Renato des Fons. in libro contra le playdojer de Marion. ca. 5. & 6. nam Marionus iste, vt Arnaldo genero suo complaceret, & cum eo atq; Pasquero, ac Doleto, quadrigam Calumniatorum & Sycophantarum nostri temporis imprudentissimorum, sufficeret, etiam prophetias falsas coram Senatu Amplissimo, proferre in medium non dubitauit. Nimirum vidit sola Lutetia, dedit vna curia; quos vix, tam distitis prouinciis, tot saecula: Pattacionem, Medium, Ecebolium, Lamponianum. Nimirum tanti est his Herostratis, inter Cathenas, & Quadruplatores, & Azoneuses: inter *συνηγες, & θυμωδεις, φολεγυλημωδεις*, cenferi, & digito ostentariet.

2. Nam sint personis arreptitiae: nam harum reuelationib<sup>9</sup> vel prophetiis nihil credendum, delusos à quadam multos, scribit Firmianus, ad B. Cyprian. hoc argumento Miltiades probat prophetias Montani falsas: quia sponte incipiebat vaticinari: sed inuitus, furoreque, & amentia correptus, pergebat. h Tales fuere prophetiae monialium. Quercetensium anno 1491. de quibus ita scribit Christianus Masæus: i Eodem (inquit) anno, circa festum Cathedra (terribile dictu) caeperunt demones habitare & possidere monasterium dominarum Quercetensium: quas annis quatuor, & mensibus toridem miserabiliter vexauerunt. Vidisses eas crebro, velut canes per agros discurrere, instar auium, volare per aera sicut feles, in arbore reperire, pendere de ramis: variarum animantium effingere voces, secreta prodere, de futuris euentibus prophetare. Denique quoties Domin. Henricus Cameracensis Episcopus, aut Dominus Aegidius Nettelez, Decanus e-

A iusdem Ecclesie, viri virtutum, ad exorcismum earum accederet: En inquam, cornutus ille nunc in via est, vt nobis comminatur, venit. Post multa remedia, yndecanq; collata, earum nomina delata Romam, ab Alexandro V I. lecta fuerunt in cena Domini sub diuino sacrificio, sed nihil profuit. Ioanna Portiere, quae malorum dicitur dedisse principium, a nono etatis anno, ludere cum Diabolo coepit; qui accusabat eam in monasterio CCCC. XXXIV. vicibus indigne communicasse: sed ille quia mendax est, non stamus verbis illius. Ipsa Cameracum adducta, quadragenaria maior, in carcere periit, circa festum Martini. Cetera post annos 4. mense Iunio liberata sunt.] Eandem Historiam narrat, etsi paulo aliter Ioã. Molinetus Valencenensis, in Chronico Belgie nouidum edito, è quo quae lib. 6. referam, ea mihi optima fide ex M. S. Codice describi curauit Clariss. I. C. & Senator spectatae iustitiae, Petrus Oranus Leodicensis. Tales omnino diuinationes Indorum: qui sumpto cohobae semine externantur, & mox cessante furore vaticinantur. de quibus Pet. Chicza, part. 2. histor. Paruar. ca. 27. tales Libussa Bohemae apud Dubrauium, lib. 2. Boiem. histor.

D 3. Num fidei sinceritatem, vita ac morum integritas, virtutesque commendent, an vero vitia & imperfectiones notabiles eam debonestent. Ideo non credendum superbis, ambitiosis, impatientibus, carnalibus, ebriosis, iram fouentibus, odia exercetibus, dissidia ferentibus, vel alios diffamantibus, vel pecunias hinc corradentibus: nec etiam hypocritis, qui singularia quaedam affectata deuotionis & penitentiae signa, per superiores Ecclesiasticos non approbata, ostentant. Confirmantur

g exstat inter Cypria. epif. nu 75.  
h Euseb. d. cap. 16.  
i Chronic. lib. 20.

haec



hæc, vnus ex primis patribus, Appol-  
lonii sententia, qui prophetias Mon-  
tasticarum fallitatis hinc arguebat:  
tum quod Maximilla & Quintilla ma-  
ritos suos deseruerant: tum quod e-  
rant pecuniæ cupidæ, & nusexercen-  
tes, tesseri & tabulis ludetes, & mer-  
cedem prophetiarum accipientes: tū  
quod lasciuæ: deditæ pigmentis, cul-  
tui corporis, & sumptuoso luxui vesti-  
mentorum. & Gerson etiam sic scribit: **B**  
*Habet præterea quilibet passio profundam  
suam lesionem, suam aetatem, suam (vt O-  
rigenes loquitur) demonium, patet in phi-  
locaptis, zelotypis, & iracundis, in inuidis  
& auaris. Vnde Poeta,*

*Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.]*

Nimirum hi sunt manes, quos quem-  
que pati Poeta cecinit: hæc que cuique  
Deus sit dira cupido. Solent animi cuius-  
que vitia variis signis deprehendi: ex  
familiaribus & amicis quib. sunt no-  
tiores: ex actionibus, & opinionibus  
eorum: vt si à Deo sese de quibusque  
actionibus præsumant erudiri: si con-  
silia & iudicia spernant aliorum: si for-  
tis Curios simulant, & intus viuunt  
Bacchanalia: si mulierculas peccatis  
onustas circumducant: si se in officia  
concionandi, confessiones excipien-  
di & alia huiusmodi ingerant (vt fa-  
ciebat Petrus ille Sartor Antuerpien-  
sis pseudoheremita) sine legitima vo-  
catione ac missione: si in aliis suis a-  
ctionibus, moribus, exercitiis vani  
sint, præcipientes, imprudentes indi-  
creti, maxime in oratione mentali,  
v.g. si adhuc imperfecti, & vix pur-  
gati cum sint, præcipient se per v-  
nitivam, & statim ac orare incipiunt,  
sine præparatione idonea, præsumunt  
se habere tantum patris, cuiusque sua  
es parte conantes, inuisum diuinum.

**A** expectent. Nam si quod aliud, hoc sa-  
ne est illud in quod temeritatis saxum  
impingentes, plerique spirituales, per  
illusiones periculosas, & hæreses fœ-  
ditissimas, Begardorum, Beginarum,  
Dulcinistarum, Lollardorum, Illumi-  
natorum, &c. naufragium fecerunt.  
Duo sunt huiusmodi illuorum sco-  
puli, vnus est opinionum iuxta falsarum  
atque erronearum crudelitas, &  
superba contumacia: & interdum  
fœditissima quædam, & execranda,  
gradatim irrepenia peccata, etiam  
cum Angelis illis deceptoribus: alter  
valetudinis debilitatio, & cerebri læ-  
sio, non in mulierculis tantum, sed e-  
tiam in viris, alias nec leuibus, nec in-  
sipientibus, sed dulci hoc, & venena-  
to ociosa contemplationis (ab omni  
voluntatis cooperatione, vel intelle-  
ctus adminiculo, quare & merito, re-  
motæ & infructuosæ ipsorum corpo-  
reorum sensuum titillatorii influxus,  
poculo ebriis. Quo in genere logum  
foret plane recentia: eorum, qui ab  
indiscretis & indoctis magistris, in  
hanc foueam præcipitati fuerunt, no-  
ta nobis exempla, recensere: neque  
id expedit, superstitibus etiam num-  
tam cæcis, quam cæcorum ductori-  
bus. Cæteros vtinam vel sero faciant,  
istorum cautos pericula. Eodem per-  
tinent, qui contumelias, examen, iu-  
diciaque aliorum, modum procedē-  
di ipsorum aut dicta minus proban-  
tium, vel illis non credeantur: agre  
& impatienter ferunt: qui demum  
contenti non forent, huiusmodi care-  
re reuelationibus, & illas potius aliis  
concedi: sed in his nimium sibi com-  
placent, & non huius cæco amore  
tanguntur. Solet enim demon, cui-  
que per id quod vitiose amat illudere.  
Prudenter D. Leo: *Nouit d. abolu.*

*seruo do  
creantur.*



*Cui ingerat illecebras gula, cui adbibeat in-  
civimenta luxuria, cui infundat virus in-  
uidia, cui exhibeat escam cupiditatis: nouit  
quem fallat gaudio, quem errore contur-  
bet, quem errorem seducat, & causas qua-  
rit nocendi, vbi quemque studiosus viderit  
occupari. Idem confirmat, in vita Moy-  
sis, Gregorius Nissenus. Præ cæteris  
apti sunt deludi: qui natura sunt tena-  
ces sententiæ suæ, seque solos putant  
sapere, reliquos despuunt vt fungos:  
talis ille, qui se in puteum præcipi-  
tauit, apud Cassianum: talis postea  
Franc. Ioannes de Rupeccilla, ante  
trecentes annos, talis nostro tempo-  
re Franciscus de Cruce in Peruuia, de  
quo postea.*

E

*3. Consideranda corporis constitutio.  
Nam si valerudo parum firma, si præ-  
ferat redundantiam bilis atræ, si ha-  
bitus corporis inedia, vel insomnia  
plus æquo deformatus, si sit cerebro  
læso, vel nimis apprehensiuus, aut ima-  
ginationis turbidæ & æquo vehemē-  
tioris: quia tales, vt dici solet, etiam  
vigilantes putant se videre, audire, gu-  
stare, quæ nec gustu, nec auditu, nec  
oculis percipiunt. talibus dæmon fa-  
cile imponit, quia falsarum rerum i-  
maginibus obuersantibus tenaciter  
adhærent, & assentiuntur. Hoc solet  
epilepticus contingere, vt vj morbi-  
fera agitati vaticinentur. Quare an-  
nis superioribus non satis cauti fuere:  
qui sic affecti vnius ariolationes tan-  
ti faciebant. Admiratione dignam  
epilepticæ scæminæ historiam narra-  
bo ex Gersone, lib. 5, sect 16, in fine.*

*5. Addit Gerson, referre, qualis sit &  
sua persona, qualiter erudita, quibus af-  
sueta, cum quibus conuersata, quibus dele-  
ctata: pauper sit: an dives: in diuitibus ri-  
mendam superbiam & ambitionem, in  
pauperibus vera fictionem. ] Sed hæc ob-*

A seruatio est petita à valde remotis &  
incertis. Melior est sequens.

*6. Nec ætatis, nec sexus differentia ne-  
gligenda est. Nam si casca sit & caduca  
ætas, delirij periculum est, si puerilis,  
leuitatis & morbi imaginosi, quia hu-  
midiore, quæ par est, sunt pue: i cere-  
bro, & pleni vaporis, qui paruo nego-  
tio commouentur. Quare & per eos,  
vt aptiores suis conatibus, dæmones  
olim amabant oracula fundere: sed  
& hodie fictitant, in crystalloman-  
tia, & in hydromantia. De scæmineo  
sexu, constant hunc esse suspectiorem:  
sed de eo separatim agetur, sequenti  
sectione.*

*7. Considerare oportet, vtrum sit  
in spiritali exercitatione persona vetera-  
na, an vero nouitia tantum: an alias eam  
diabolus sic decipere conatus fuerit,  
aut deceperit: an quæ illi alias reuela-  
ta, vera fuerint: item quæ vera, quæ  
falsa fuerint. Si tyro, valde verenda  
fraus, qui: (vt inquit Gerson) nouicius  
sexuor cito fallitur, si caruerit regente, præ-  
sertim in adolescentibus & scæminis, qua-  
rum est ardor nimis auidus, varius, effre-  
nus, ideoque suspectus. ] Hoc indicio  
Francisc. Picus h primo detexit falsi-  
tatem cuiusdam reuelationis visio-  
nisque, post & alia indicia accesserunt,  
vt quod vana quædam bonis  
mixta, Diabolus in forma Christi Do-  
mini, cæpit suadere.*

### SECTIO III.

*De reuelationibus mulierum non  
sanctarum.*

*Sexus ratio est habenda, vt dixi, quia,  
si cætera sint paria, plus fidei viro-  
rum reuelationes merentur. Quia  
sexus iste imbecillior, naturales vel*

dæmo-

Notat hoc  
Ioan. Ni-  
der. in 1.  
præcepto.  
11. quæst.  
de hincant

h libr. 5. de  
pagan. ca. 1.

G



dæmoniâs suggestiones, plurimum habet pro diuinis: multa quoque sibi somnia fingit, quæ vera credit, iuxta illud paræmicum, *Anus qua vult somniat*: abundat passionibus admodum acerbis & vehemētibus, quare quod à passione natum, id à veritate profectum putat. sunt etiam fœminæ naturæ humidioris & viscosioris: humidū vero facile commouetur, & varias figuras recipit, ægius autem ac ferius à motu cessat. Ideo mulieres citius imaginantur, sed viri minus pertinaciter imaginationes fouent: cumque illæ minus ratione polleant, minus etiam prudentiæ habeant, procliuius est dæmoni eas similitudine falsa & apparente, decipere. Ideo inuenias in sacris litteris paucas Dei prophetides Marias duas, Annales duas, Deborah, Oldam, & vnā atque alteram alias, prophetas vero plurimos. Contra apud infideles Idolorum prophetas paucissimos, mulieres innumeras, vt prudenter notat Horozus libr. 1. de vera & falsa Prophetia cap. 23. In earum moribus præcipue consideranda. præter lasciuiam, luxum, auaritiā: (quæ ex Apollonio notauit) vt quæ vagæ sint, garrulæ, criminatrices, laudis cupidæ, aut crebrosæ: quæque se in docendi, prædicandive in Ecclesiis aut Sacramentorum administratione (absque legitima majorum licentia) contra doctrinam Apostoli ingerant. Nam quæ sunt huiusmodi, nõ se ipsas dumtaxat fallunt, sed & viros eruditos tandem, si nimis illis creduli, in præceptis trahere consueuerunt. Testis est, sui temporis doctissimus Tertulianus, qui dum visionibus muliercularum (vt ille de animæ quantitate ac colore) confidit, immemor eorum quæ doctissime & verissime contra

A has ipsas scripserat, in absurdissimos errores delapsus fuit. Sed ætas nostra præbuit in Peruuia illustri adhuc exemplum, quod P. Iosephi à Costa verbis adscribam b.

b de nouis  
simis tempo  
rib. lib. 2. c.  
21.

Fuit in hoc Peruenfi regno vir magni pro illo tempore æstimatus, doctus Theologus, ac Theologia professor, idemque Catholicus ac pius diu habitus, ac pene tunc huius orbis miraculum. Is familiaritate muliercula cuiuspiam, qua se edoceri ab angelo magna quadam mysteria iactabat, quæque extra se interdum rapiebatur, aut rapisimulabat, velut altera olim Philomene aut Maximilla Montani, ita deuinctus est, vt illam de summis Theologia questionibus sæpe consuleret: in omnibus pro oraculo haberet, magnus reuelationibus plenam & Deo valde charā prædicaret, satis alioqui sordidā, & perexiguo sensu præditam, nisi ad instruenda mendacia. Igitur, siue à Diabolo corripere- tur (quod facilius est credere) cum eiusmodi ecstasim pateretur siue callide ea fabula simularer (quod nonnulli viri prudentes existimarunt) ille Theologus: quod à muliercula magna & mira de se audiret, ac multo grandiora futura conciperet, libenter ei se discipulum addixit, cuius patrem spiritualem agebat. Quid multa? eo abductus est homo, vt miracula facere tentaret, & fieri sibi persuaderet: cum miraculi vestigium, ne tenue quidem exstaret. Ob hæc, & quod propositiones aliquot ab illa prophetissa accepisset, à sensu Catholica Ecclesiæ alienas, à sanctissime inquisitionis iudicibus, toto hoc regno stupente, comprehensus est. Ibi per quinquennium fere auditus, toleratus, examinatus, ac tandem paterfactus est homo omnium superbissimus, ac insanissimus.

Cum enim Angelum sibi diuinitus datum, à quo omnia quæ velle disceret, ac

a de anima  
c. 5.



deinde summa Dei ipsius familiaritate & immediato colloquio se potitum, pertinacissime differeret, in eas nugae delatus est, quas, nisi ab homine prorsus mentis emota dici, nullo modo sibi quisquam persuadeat. Erat vero ille tam integro sensu, quod ad cerebrum attinet, ut mihi integrior non sit. Itaque & serio affirmabat, se & Regem futurum & Pontificem summum sede Apostolica ad haec regna translata, concessam quoque sibi sanctitatem super omnes Angelos, & choros caelestes, atque Apostolos omnes, quin etiam oblatam sibi à Deo vnionem hypostaticam, sed ab ipso non esse admissam. Datum quoque se redemptorem orbis, quoad efficaciam, ut ipse loquebatur, quod Christus solum quoad sufficientiam fuisset. Omnem statum Ecclesiasticum abrogandum: leges vero alias se editurum faciles & apertas, secundum quas celibatus clericorum tolleretur, multitudo vxorum concederetur, confessioni, necessitas excluderetur. Hac atque alia tanta contentione affirmabat, ut nos teneret attonitos, quod homo talia sentiens non insaniret. Denique diu euolutis gestis illius, & plusquam centum & decem propositionibus haeticis, aut à sana doctrina Ecclesia alienis condemnatis, iussi sumus, ut haberet de more sacrum illud tribunal cum homine disputare, si forte ad mentem & fidem hominem reuocare possemus. Conuenimus autem cum ipsis Iudicibus & Episcopo Quirensi, tres alij. Eo introductus homo ea libertate & facundia perditissimam suam causam defendit, ut ego in hodiernum diem etiam stupeam, eo adigi posse mentis humana superbiam. Professus est doctrinam suam non posse monstrari, nisi diuina scriptura, & miraculis: quod esset superior omni humanaratione. Scriptura autem testimonijs

A longe se apertius atque efficacius probasse: quam probauerit Paulus Iesum Christum fuisse verum Mesiam. Miracula autem se perpetrasse plurima, eaque tanta, ut Christi resurrectio non fuerit maius. Nam & se verissime esse mortuum, & resurrexisset, atque id euentissime (aiebat ille) esse ostensum. Scripturas vero proferebat memoriter (cum nullum librum haberet, atque ipso etiam Breuiario spoliatus esset) ex Prophetis, ex Apocalypsi, ex Psalmis, ex alijs locis, tot & tam longas: ut vix memoria esset admirationi. Eas vero ita ad sua commenta adaptabat, ita allegorizabat: ut quiuisset vel rideret, vel fleret. Postremo si miraculis rem agere nobis placeret, se libenter ea statim exhibiturum. Hac ita dicebat homo, ut vel nos insanos putare videretur, vel ipse insanire. Nam & per reuelationem sibi innotuisse iactabat, Serenissimum Ioannem Austria bello nauali à Turca esse superatum & regnum Hispania à Philippo inuictissimo iam pene amissum: & concilium Roma habitum, ut de Gregorio deponendo, & alio subrogando ageretur. Quae ideo nobis significaret, ut quoniam erant nobis certis nuncijs nota, sciremus ei, non nisi diuinitus innotuisse. Et cum essent omnia adeo falsa, ut amplius esse non possent, ab illo tamen asseredantur, ut notissima nobis. Denique cum nihil profecissemus per duos dies differendo, & ad publicum spectaculum esset cum ceteris, ut in Hispania fieri solet, delatus, intuebatur semper in caelum, ignem in inquisitores, & omnes grassarum celsitas expectans, ut illi erat pollicitus Diabolus, atqui ignis quidem nos nullus ex alto corripuit, illum vere, & Regem & Pontificem, & Redemptorem, & legulatorem: ex imo flamma rapuit atque redegit in cineres.] Haecenus P. Iosephus



En fructus incautæ conuersationis cum mulierculis, prætextu confessionum, & nimia facilitatis in credēdis, primo quæ ad laudem propriam, mox etiam quæ ad ceteros & publicum Ecclesiæ statum, deniq; ad fidei mysteria motumq; doctrinam ex superbia occulta sui; amore nata credulitas, ex hac hæresis, & vanissima quædam diuinitatis affectatio, cum incredibili mentis cæcitate. Sic gitur vilissima famella virum eruditione & sapientia clarum decepit. Sic & Magdalena de la Cruz Cordubæ multis imposituit, & in Belgio non multi elapsi sunt anni, cum, in vna vrbiū Hannoniæ; religiosa quædam credita energumena, & adducta ad superiorē eiusdem ordinis: vt exorcisaretur, dum res in longum abit, & illa vocibus diuersis successiue loqui incipit: quarū vna tenuior se Deum Christumque Dñm nostrum fingebat, alia dæmonē crassior imitabatur: hac multa palam impia effutiebat: illa, quædam ad pietatem (vt videbantur) pertinentia. ita creditum, à quibus minime decuit, in illa modo Iesum, modo diabolum loqui. sic periculi plena & fallaciæ res eo progressa, vt muliercula solemnī ritu, quati per eam Christo loquente, hostiam incruentam, prolatis verbis canonis cōsecrare auderet. & (proh doctor pij, sed vel indocti, vel incauti, cōsecratas (exsecratas potius dicere deberem) ab hac Sacerdotissa, sed nō secundum ordinem Melchisedech) azimas panis eulogias acciperent, & tanquam verum Domini corpus allatis & prælatis cereis, in altari collocarent, & venerentur. Duo tamē hic erant imposturæ indicia: tum quod erat energumena, tum q̄ auderet Sacerdotale & virile officium vsurpare.

c de qua P.  
Ribadeney.  
ral. 5. Par.  
nostrū signa  
m. c. 10. &  
Horozens  
d. l. 1. c. 24.

A Sed Domine libera nos à similibus: homines sum⁹, decipi possumus. Propter huiusmodi similiaque pericula Gerson addit: *Hoc præcipue considerandum, qualiter cum suis confessoribus & instructoribus tales muliercula conuersentur. Si colloctionibus intendunt continuis, sub obtentu nunc crebra confessionis, nunc longæ narrationis visionum suarum, nunc alterius cuiuslibet confabulationis: expertis (inquit) credite, nominatim Augustino & Domino Bonauentura, vix est altera pestis vel efficacior ad nocendum, vel insaniabilior.* quæ monitio aureis digna litteris est. quot enim hic lapsus stellarum de cælo: quot qui spiritu cœperant, carne consumantur? P. Leloyherus addit a regulam aliam, plus tribuendum reuelationib; virginum, quam viduarum; & viduarum, quam coniugarum. fateor hoc verum, ceteris paribus: quia virgo purior, & Deus puritatis amans, ideo & plures legimus virginum reuelationes? & virgo cogitat, quomodo placeat Deo, coniugata cor distractius adhuc quā cor viduæ; si paris non sint sanctimonia: plus credendum coniugatae sanctæ, quam viduæ lasciuienti: plus viduis, quæ verè viduæ sunt; quam virginibus anxie coniugium optantibus, vagis aut parum recollectis.

B

C

D

E

a libr. 4. de  
spec. c. pen.

#### SECTIO IV.

*De prophetis seu reuelationibus virginum, seu mulierum, qua canonizata & nota sanctitatis.*

**F** Vere multæ huiusmodi, quarum extant reuelationes, vt S. Angliæ filiæ Regis Bohemiæ, virginis ordinis Carmelitarum, quæ scripsit librum reuelationum ante annos 400. P. Brigittæ Sueticæ Virginis, cuius ex-



b Simlerus  
Leloyher.  
& alii.

H.

stant libri multi reuelationum quas  
qui tribuunt B. Brigidae Scotae Virgi-  
ni b, falluntur: nisi & ista forte reuelati-  
ones ediderit, quod non arbitror.  
haec virgo vixit anno 518. at B. illa vi-  
dua post annum 1370. excessit e viuis.  
Hac etiam longe antiquior, Pepini  
ducis Brabantiae filia, S. Gertrudis an.  
664. reuelationes quoque suas colle-  
git: claruit S. Hildegardis in Germa-  
nia anno 180. cuius & aliae supersunt.  
Et eodem tempore S. Elizabethae Sco-  
naugiensis, cuius reuelationes libris  
duobus complexus Rogerus Cister-  
ciensis Angelus, vir doctus & pius:  
quem ut nullum sanctorum virulenti-  
ae maledicentiaeque foetidi oris sui  
Balaeus immunem esse noluit in *Cat-  
alogo Scriptorum Britan.* quo libro ni-  
hil unquam legi scurrilius, mendaci-  
aut magis blasphemum. Miror non-  
dum ab aliquo Anglo Catholico lar-  
uam morioni & scelerosissimo Apo-  
statae detractam. Hac recentior, tem-  
pore Gregor. i. XI. circa annum 1360.  
quo tempore S. Birgitta vivebat, fuit S.  
Catharina Senensis, & ipsa reuelatio-  
nibus illustris. de harum itaque reue-  
lationibus, maxime de B. Birgittae, quae  
plurimas scripsit & habuit, nonnulli  
ambigunt, quo illas in precio habere  
oporteat.

c Coment.  
in Genes.  
d Decad. 1.  
Peregrina.  
question.  
2.3.

Henricus de Hassia c, & Sybillanus  
d, ambo Catholici, ambo religiosi, sed  
(ut verum dicam) non nihil audaces,  
volunt D. Birgittae & similiarum reue-  
lationes, non debere haberi pro indu-  
bitanter veris, nec acceptari tanquam  
a Spiritu sancto editas. Qui si hoc in-  
telligerent de certitudine fidei Ca-  
tholicae, eiusque veritate, item de editis  
a Spiritu sancto dictate, ut credendum  
SS. editam sane verum dicerent, sed  
puto neminem paulo prudentiorem

A tale quid unquam, opinatum. Argu-  
menta quoque illorum, cum longe  
tendant ulterius, indicant eos longe  
aliud voluisse, scilicet loqui de certitudi-  
ne humana seu morali & de dictami-  
ne Spiritus sancti, in diuinis reuelati-  
onibus ordinario. quod sane, nimis mul-  
tum de auctoritate & opinione San-  
ctarum Christi sponsarum, est decer-  
pere. Sic illi argumentantur. Primo,  
quia quae praedixerunt, possent aliunde  
praedici, ut ex industria solo lumi-  
ne fidei, & doctrinae confortata. 2. quia  
potuerunt ex illusione demonum na-  
sci, Deo hoc merito permittente, eo  
quod etiam sine culpa praesumere facere,  
quae mulieribus illicita, ut concionari,  
& docere. 3. quia potuerunt praeveneri  
ex phantasia nimis debilitata, & ex  
errore quodam mentis. 4. quoniam  
in illarum dictis quaedam occurrunt  
minus, secundum communem Theo-  
logorum sententiam, consonanea ra-  
tioni & veritati. 5. quia prophetica il-  
larum doctrina superuacua, & parum  
Ecclesiae videtur necessaria. Haec mo-  
menta non me deterrent, non mo-  
uent a debita sanctis mulieribus, ear-  
umque dictis exhibenda reuerentia.  
Non quidem reuelationes illas, tan-  
quam fidei Catholicae assertiones,  
tueor: sed ut reuerentia dignas, & a  
caelesti lumine collustratis mentibus  
platas, venerabiles defendo, & qua-  
ndiu ab Ecclesia, ut pia approbantur,  
non nisi temere rejici posse contendo.  
Ad primum argumentum respon-  
deo plurima in his contineri, quae  
cum tot annis prius praedicta fuerint,  
non nisi a Deo potuerunt reuelari. Ad  
secundum, quod Episcopi varij, & Summi  
Pontifices modum illum Sanctarum ex-  
tra ordinarium, in docendo & exhor-  
tando permiserint, & ideo nihil illas  
indebi-



indebitum vsurpasse. quare nec causa fuit vlla, cur sp̄s̄as suas Christus tam fœde ab animarum adultero diabolo decipi & rideri pateretur. Ad tertium respondeo, nullum delirij vel aberrationis à mēte sana signum vnquam in illis deprehensum fuisse, quare non minus hæc coniectura, quam præcedentes, vanitatis & malitiæ plena cēfenda. Ad 4. negamus in earum reuelationibus quidquam reperiri, q̄ Catholicæ fidei sinceritati palam repugnet, vel cum ea consistere nequeat. Si quid forte communiore Scholasticorum sententiæ repugnat, non ideo confestim damnandum, vt erroneum, cum pie & prudenter intellectum, suis quoque probatis auctoribus & rationibus non absurdis stabiliat. Alioqui Pontifices Romani, vt Eugenius tertius Hildegardis, Bonifacius, vero nonus Birgittæ, reuelationum libros, adhibito maturo Doctorum & Cardinalium Concilio atque examine, non permisissent, ad Ecclesiæ vilitatem, in vulgus edi. Ad quintum dico solere Deum, sæpe quædam permittere, imo & facere, quæ nobis videntur Ecclesiæ non admodum necessaria, vel idcirco, vt maioris suæ munificentia nobis sint signa, & famulos amicosq; suos amplius honoret. Præterea quis consiliarius Dei fuit, aut quis mentis eius abyssum sic penetravit, vt pronunciet aliquid ab eo factum superuacue.

Ioannes Francisc. Picus aliud argumentum molesti⁹ adfert in medium, quod sane imprimis remouendum. Hæc cum Sanctarum reuelationes contradictorias esse, quare alteram earum necessario falsitatis conuinci. D. quidem Catharinam Senensem, vt sibi reuelatum, prodidisse, Deiparâ cum

A originali peccato conceptam fuisse: contra B. Birgit. huius istam maculæ asperzione liberâ ab initio conceptionis existisse. *Resp.* me talem contradictionem non fateri, D. Birgittæ reuelationem agnoscere, & q̄ illa afferuit credere. Quod attinet ad D. Catharinæ Senensis prætesam reuelationem, sunt qui respondeant, eam deceptam & falsam reuelationem pro vera habuisse, *a* Sed hoc in Sanctam parum honeste dicitur. Alij volunt huiusmodi reuelationem post obitum Sanctæ Catharinæ, præpostero & pertinaci quodam zelo cōfictam à defensoribus illius sententiæ: ad infirmandam reuelationum contrariarum fidem. *b* cōfirmat hunc conatum similitudo attentatorū Bernæ apud Heluetios, priusquam ad hæresim ea ciuitas defleceret (nempe an. 1509. vt testatur ea de re editus auctoritate publica Historia libellus, è quo id alij Chronographi tradiderunt. cur; inquit illi; q̄ eodem in genere semel patratum deprehenditur. non & alias factum credatur, *d* concurrentibus

D pro contrariæ partis veritate multis indicijs: Neque hoc ordini toto, sed paucis quibusdam foret falsi crimen impingere. Exstat libellus historiæ olim excusus, quem legi Mōguntia in bibliotheca societatis amplissima. rem compendio complexus fuit Frater Nicolaus Basilius in Additione ad chronicon Naucleri, qui eo vixit

E tempore fol. 1006. his verbis. Eodem anno (1509) prælie Katend. Iunij apud Bernam in Heluetia quatuor sancti Dominici conuentus ibidem fratres, Prior, Lector, Subprior, & custos capti, per torturam examinati, degradati, ad ignem condemnati, miserabiliter sunt combusti, propter quasdam dolosas, falsas, impias, & diabolicas

*a* Petr. Leioyherius lib. 4. de spei.

*b* Sic Amb. Catarinus eiusdem ordinis l. 3. pro immaculat concepit. circa prin. Fr. Suarez in 3. q. 27. di. 3. sec. 5. *c* Additio ad Chron. Euseb. & prima additiones ad Nauclerū. *g* c. semel malus, de reg. iur. e p. 1. Sum. Theolog. tū. 8. c. 2.



machinationes, quas in odium immaculatissimae Virginis Mariae conceptionis occasionaliter excogitarunt. Nam quendam simplicem idiotam superstitiosum quibusdam incantaminibus, diaboli arte demerantur, ac plurima tam in sacrosancto Eucharistia sacramento, quam sculptis imaginibus tentauerunt, quemadmodum facta eorundem in lucem arte calcographiae sunt impressa, ideo presentibus eorundem confessata superfluum duxi. Tandem vero ad instantiam Bernensium, Haimo Lausanensis Episcopus, loci ordinarius, inquisitionem contra eos fecit, quo adstite vna cum Matthaeo Valensi Episcopo, Achilles Castell. Episcopus, & Apostolica sedis Legatus, ad hoc à Papa Iulio specialiter missus, ab omni gradu, & privilegio clericali depositos XXI. die mensis Maij, potestate tradidit seculari, atque de hinc vltima die eiusdem mensis igne (vt haeretici) sunt incinerati, presentibus ibid. multis hominum millibus. Sic Nicolaus Monachus Hirsaugiensis, haeticos vocans; non quia negarant Beatam Virginem sine originali peccato conceptam, sed quia contendebant pertinaciter contrarium fide tenendum, & quia Magicis praestigijs vsi fuerant, & multa contra fidei Catholicae sinceritatem dixerant, fecerantque, vt in libello illo continetur. Veritatem potest, vt Basilius fultus auctoritate Concilij Basiliensis habuerit articulum de conceptione immaculata pro articulo fidei: sed pro libera, vtriusque partis defensione; iam Sixtus IV. decretum ediderat, & propterea sane si idcirco haeticos censuit, valde à vero aberrasse: veruntamen arbitror, solummodo quo ad penam haeticis, eos comparasse. Quicquid de opinione Baselij sit, Mihi probabilius videtur; neque hoc ab ordine falso confectum, neq; à D. Ca-

A tharina, vt reuelationem, proditum: non ab ordine, qui cum sit sanctissimus tale crimen in se non admisisset, non à Sancta proditum, vt reuelationem: quia nec F. Raimund. nec vllus confessorum carcerorum, vel familiarium B. Catharinae, qui diligentissime cunctas D. Catharinae reuelationes collegerunt, & posteritati collectas emiserunt, vllam huius reuelationis mentionem fecerunt: nec etiam in libris B. Catharinae illa reuelatio inuenitur. Duo hic obijciuntur, primo dictum Caietani, qui hoc ex D. Antonio affirmanter asserit: 2. locus quidam ex opusculis illius Sanctae. Ad 1. respondeo S. Antoninum scribere tantum, si quis obijciat hanc reuelationem S. Brigittae, sciendum alias sanctas miraculis claras contrariam reuelationem habuisse: Sed Antonin<sup>o</sup> dictum suum non confirmat vllius auctoris testimonio, vt solet, nec etiam ipsemet, vbi de vita B. Catharinae egit vllam, inter alias, huius reuelationis facit mentionem, vt nec Confessorij Beatae illius, licet dictum est. ideo non magnificatio hoc dictum Antonini, quo, ad solutionem argumenti, pro tempore vsus, eo quod Ioan. de Neapoli alia solutio, quam ibi refert, ei merito nimis impudens videbatur. Ad 2. respondeo, optare me locum ex scriptis eius adduci. Nec enim inuenio, nisi forte id colligant, ex illis verbis quae adnectuntur in fine Orat. XVI. vbi sic legitur: *Tu scis Domine, quia ista est veritas.* quem locum, frustra quaerenti Ioan. Deckerius iam olim Louanij, & nunc Gratij in Theologiae professione collegae meus mihi ostendit: De quo verbo potest esse non inuisita suspicio, hoc additum ab illis, qui volebant, ea quae in praecedenti oratione dicta fuerant,

haberi



haberi pro prophetica reuelatione, & dicto contrario simile dictum Beatæ Birgittæ volebant refutare: præcesserant autem nonnulla de concepta Deipara in Originali peccato. Suspicionem facit, quod sine his verbis tota oratio perfecta est: & quod si voluisset Beata Catharina hæc verba addere, non fuisset ei necesse, ponere illud, *subiunxit*, quod immediate his verbis videmus à librario præponi: accedit quod orationum eius alia nulla sic terminatur. Quare vel illa hoc non addidit, vel si addidit, non addidit, vt sibi à Deo reuelatum, sed vt opinionem suam, quam cum plerisque sui ordinis omnino veram & certam, humanis tantum rationibus & persuasionibus inducta, putabat. Potuit autem sancta illa, hac in re, quæ de Theologica quæstione: naturali, non diuino lumine præeunte, disserere, errare quod humanum est. Sane fallacem esse argumentationem, qua eo loco vitur, nemo prudens Theologus dubitauerit extrema enim sumit, medium conceptionis ipsius tempus transiit: quasi concludas, nec ante hoc tempus, nec post hoc tempus aliquid fuisse, vel futurum, & inde inferas, ergo ne nunc quidem hoc esse tempore. Fuere quidem olim Dd. qui censuerunt,posito, quod Beata Virgo in Adamo peccauit, Christi Domini redemptione indigni, consequi, vt non potuerit ipso momento conceptionis sanctificari: sed qui rem melius examinarunt, illi multis contrarium docuere, ex quorum dictis cum clare colligatur, Deum hoc non absolute tantum & simpliciter facere potuisse, sed etiam, stante illa hypothese: non intelligo quo pacto fuerit à Deo reuelatum,

**A** Non potuisse Deum animam Beata Virginis Mariæ infundere, nisi in materiam putridam? Sic enim illic vocatur caro, infecta peccato originali. None hoc dictum repugnat decisioni Sixti IV. Pij V. & Concilij Tridentini? nam si hoc Deus non potuit: ergo factum credere non licet. Si hoc Deus sciebat, quia veritas esset, atque hoc Beata Catharina reuelarat: certe illi reuelauit implicite, contra sentientes in fide errare. Quo igitur pacto permittit Ecclesia, vt pium & probabile credi, sine originali peccato conceptam de facto fuisse? si hoc probabile credit certe nequit Deus reuelasse, hoc à se fieri non potuisse. Absit ergo, vt credamus illa in oratione diuinam reuelationem contineri: Absit vt credamus Beatam Catharinam, humilissimam, sanctissimam, & circumspiciatissimam Dei sponsam, talia præfracte & parum solide dicta, tam graui Dei testimonio confirmare voluisse, aut pro diuino oraculo obtrudere. Nulla igitur reuelationum hic pugna est, vbi vnica inuenitur Beatæ Brigittæ reuelatio, quam non ipsa tantum, idque pluribus locis *a*, vt videas constantiam, sed & alij sancti confirmarunt. Vnus Marfil. Theologus grauis *b*, & neutrius Ordinis, Dominicani neque Franciscani, tres reuelationes diuersorum recensuit, & eas addit fuisse graues & miraculis confirmatas. Quoad ceteras reuelationes aliarum rerum, quæ contrariæ sibi prima facie videntur, si quis illas eodem modo discutiat, & circumstantias sedulo conferat, non magno negotio deprehendet, eas vel conciliari posse, vel earum alteram non ex reuelatione, sed ex opinione peculiari, putantis id verissimum esse,

Anton. d.  
c. 2. Paludan. in d. 3.  
q. 1. art. 1.  
Caietan.  
Opusc. de concept.  
c. 3. Suarez, & Valenciana d.  
q. 27.

a l. 1. reuelat. c. 9. l. 6.  
c. 49. & c. 55.  
b in 2. q. 20. & in 3. q. 4.

Si Ha-  
lenf. 1. par.  
q. 9. memb.  
Rich. in  
3. d. 3. a. 1.  
Caprol.  
Ferrar. &  
alii.  
Bonau. d.  
3. p. 1. a. 1.  
q. 1.



vel ex vehementi tam imaginatione, A  
perfectam.

## SECTIO V.

De iudicijs à natura ipsius reuelatio-  
nis petitis.

SUPpono, si lumen illud certitudi-  
nis, de quo Sectio. I. dictum, cum  
reuelatione adiunctum fuerit, tunc  
parum referre vigilantine an dormi-  
enti visio contigerit: si desit hoc lu-  
men, tunc semper plus vigilantis re-  
uelationi, quam (vt Varro vocat)  
somnia deferendum. Hoc suppo-  
sito.

K Considerandum primo, qualis sit  
illa reuelatio: vt an sit sapiens visio nem-  
pe conformis sapientiæ quæ de cælo  
est. talis autem futura (teste Gerfonio)  
si habeat illa à D. Iacobo requisita c.  
vt si pudica, modesta, suasibilis, bonis con-  
sentiens, plena misericordiæ & fructibus  
bonis, non iudicans, sine simulatione. Si  
(vt hoc fufus explicem) instiget ad  
: I quid, quod exemplis Christi &  
Sanctorum magis assimilet, si homi-  
nem intrinsece demissiore reddat,  
quam sine reuelatione fuisset, si mi-  
tiores, mansuetiores, relectio-  
rem, & à sæcularibus & extrarijs cu-  
ris abstractiorem, si inuitat ad simpli-  
citatem, vnionem, & (vt sic loquar)  
intimitatem cordis: si id, ad quod in-  
stigmat, pluribus virtutib. sit ornatum  
& præstantioribus, quam eius omif-  
sio, vel factum contrarium: si ad quod  
inuitat, sit simpliciter & intime bo-  
num, non aliqua dumtaxat ex parte:  
denique si incipientem ad peccati de-  
testationem & præteritæ vitæ confu-  
sionem excitat, proficientem per bo-  
ni desiderij inflammationem, & fer-

uoris deuotionem, ad meliora caril-  
mata promouet, perfectum vero im-  
plet diuinæ dulcedinis interna præ-  
gustatione. Vnde præclare scriptum  
à Ioanne Salisber. lib. 2. cap. 17. Sed cum  
hæc à spiritualibus circa homines fiant,  
eam solam rerum imaginem fidelis anima  
non aspernatur, quæ innocentiam relin-  
quit incolumem. Quod si materiam vitij  
afferat, libidinem forte accendens, aut auar-  
ritiam, aut dominandi ingerens appeti-  
tum, aut quidquid huiusmodi est, ad sub-  
uersionem animæ, proculdubio aut aut ca-  
ro, aut spiritus malignus immittit. Perite  
duos falsarum reuelationum fontes  
memorat, carnem & demonem, sed  
mox minus perite & vere, quæ de  
Lamijs dicitur, omnia falsa pronun-  
ciat, quod fuit à nobis alibi refuta-  
tum, supr. libr. 2. Dæmoniæ reuela-  
tiones censenda, quæ prædictis ope-  
rantur cõtraria, ad scurrilia & carna-  
lia, vel inuida, & detractoria, & im-  
modesta incitant, quæ hominem red-  
dunt à Christi & Sanctorum imita-  
tione, reddunt gaudentem nouis &  
singularibus inuentis suis. Vt enim o-  
prime Diuus Bernard. ait d, se transfigu-  
rat malignus ille spiritus aliquando in an-  
gelum lucis, vt virtutis simulatione plus  
noceat: sed & tunc quoque si diligenter ad-  
uertimus, nunquam nisi amaritudinis &  
discordia semina spargit. suadet enim non-  
nullis singularia ieiunia quadam, vnde ca-  
teri scandalizentur, non quia diligit iei-  
nium, sed quia scandalo delectatur. Item  
si suadeat aliqua contra canones, vel  
constitutiones, vel regulas, vel alia  
præcepta maiorum. hoc iudicio Bea-  
tus Simon Monachus Treuirensis  
eum deprehendit. narratur historia  
ab Euerrino Abbate e: in verticem  
montis Sinai iussu superiorum cum mis-  
sus fuisset, ibi habitaturus: nocturnis horis  
ille spe-

cap. 3. v. 17

d. ferm. de  
vul. cont.  
Demi.capitulo  
1. i. i. i.

ille spe-



ille specie Angelica demon apparuit, & vt missam celebret hortatur. Ipse nec plane dormiens, nec perfecte vigilans contradixit, non debere sine presbyteri ordine aliquem hoc ministerium implere: contra inimicam instat, se Dei legatum esse, Christum hoc velle, nec decere sanctum locum ministerio tali diutius priuari. Renitentem ergo & contradicentem, adiuncto sibi consortio alterius demonis, de lectulo educunt, ante altare tam vigilantem statuunt, alba induunt, de stola vtriusque altercantur: hostis more presbyteri, Simeon more diaconi contendeat sibi imponi debere. Tandem Dei famulus ad se reuersus, virtute orationis, & signo Crucis inimicum repellit, seque delusum ingemiscit.]

Deprehensa quoque illusio ex attentata similis fere superbiae audacia, & quia modestiae auctor non erat, reuelatio, in ini. io ordinis Præmonstratensis. Rem totam narro verbo scriptis illius Beat. Norberto coxui f. Inter quos (Præmonstratensis religiosus) fallax ille spiritus: quosdam considerans idiotas, & sua illos quondam recognoscens fuisse vascula in quibus sue quæri & voluptati indulgere consueuisset: ita illos falsa sua illusionis sapientia repleuit, vt qui prius in libris vix legere nouerant, iam ex libris magna quedam dicerent, & de futuris prophetando maiora & stupenda prædicerent, Danielis denique vnus ex eis prophetiam se scire assererat, & de ea quedam duce mendacio, loquebatur: vbi de quatuor, & septem, & decem cornibus, & regibus Propheta scribendo, inducit, & de Antichristo. In quibus iam simplices quosque attentos reddiderat, & si fieri posset, etiam ipsum DEI hominem & Venerabilem Abbatem Simonem San-

A **E**t Nicolai, in errorem induxisset. Iam enim eo vsque progressa erat eius arrogantia, vt ipsis assidentibus, etiam in capitulo, sermonem facere auderet. Et qui vidit & audiuit, præbet huius rei testimonium. Et hoc signum eius, quia de sermone profert initium. Erat enim hic sermo: Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente. Hæc spiritus ille mendax per organum illud suum proferebat: sed ad veritatem qua sequitur, videlicet, Et accipietis regnum æternum, haud quaquam procedere nequam valebat. Porro cum ab auditoribus veritatis & dulcedinis fallax ille spiritus se ex parte deprehendi cerneret, vt est mille artifex, maiore arte ad alia fallendi genera se conuertit, vt quia manifesta operationi intentos non poterat subuertere, saltem contemplatores quoslibet auerteret à contemplatione. Nam ille idem Clericus, laboris huius minister, subita quadam & grauissima infirmitate corripitur, & qui prius de visibilibus responsa dabat, iam in cælum os suum, ad inuisibilia & ineffabilia promenda, ponere non verebatur. Concurrent fratres, vt consuetum est ad inungendum eum concurrunt ad ea que dicebat audienda: De se quidem magna, sed de pluribus circumstantibus assererat maiora. De se quod eadem vespera aut futurus esset cum angelis in cælo, aut staret sanus cum cæteris fratribus in choro. De alijs vero singulorum considerans habilitatem, quasi prophetando & augurando dicebat: Hunc cum nuper in Ecclesia ad superiora raperet, vidi ad æternitatem vocatum: istum iam, &c. subiungit varia de alijs. Vide hic gradus superbiae, primum idiotas sibi dæmon deligit, & facit videri doctos; deinde facit illos scripturam interpretari. 3. etiam coram maioribus disserere in lo-

Surius 6.  
Iunii c. 27.

d. serm. de  
vitiis. corth.  
Domini.

capitulum  
1. Iunii.



cis, vbi tacendum de his, & culpa potius humiliter agnoscenda. 4. facit eos Pseudoprophetas, de se magna loquentes, nec de alijs minora, vt superbia pluribus affricaretur. Subijcit postea de alio idem faciente, & has omnes demonis machinationes dissipatas, statim vt religiosi, fraudem subolfacientes, respondere, se nec hunc, nec vllum alium amplius audire velle, donec pater eorum Norbertus reuerreretur. hæc enim responsio, humilis obedientie virtute, demonem vicit. Nec efficacius fere vllum exstat remedium. dabo aliud exemplum verbis Franc. Bentij ex annis litteris nostrorum prouincia Mediolan. Annis 1590. In oppido quodam suburbano prope Aronam, ad triginta mulieres malo demone agitantur, omnes fere virgines, in summaque conditionis, ea presertim quæ sunt voto virginis obstrictæ. mirum hæc, quibus dolis circumueniat, quibus artibus oppugnet, varias inducit formas, vt allicit ad insanda, vt deterreat ab honestis. assumulat modo personam, & pietatem monachi, & quod audire aures horrent, ipsiusmet Christi crucifixi, hortantis ad impiam, quin & vrsam, leonem, serpentem: impetum faciens in puellas hianti ore, & deuoraturus vno haustu: minacem etiam militem cum sclopo parato & instructo, iamque extrusuro perniciosam glandem assensum. Sed simplicitas virginum vincit omnem astutiam Deo nixa, Magna omnino earum fides, coque clypeo ignea nequissimi tela exstingere. Et plurimus narrationes dua reponuntur. Ex earum numero quadam nobilibus orta parentibus, & moliter educata, cum haberet aliquando noctem infestam à diabolo insidiante, stratam deserit, & hieme licet media ac tempestate per frigida, in nudo pavimento nuda cubat.

A cum crederet nihilo secius flamma (vt magnum incendium aqua ingesta) clam cubiculo egressa in horrum secedit, ibique magni emulatione Francisci, quem eadem factitasse acceperat, corpus proiecit in aggerem minimum, tandemq; peruolurauit, ob strepente licet demone (qui ab ea vescebatur) & dentibus frendente, & internum ignem externo frigore restrinxerit. Alteri item demon noctu se ostendit imagine B. Vrsula, crucis vexillum præferens cum multarum virginum comitatu, atque ita locutus est, videt Deus amatque tuum istud studium tuenda pudicitie: sed quoniam difficile admodum est in paterna domo in tanto strepitu occursum, & periculorum obiectu non contrahimari mentem aliqua ex parte, nos allegauit, vt te duceremus, in coenobium sacrarum virginum, omnis curis omnibus ipsius numini studiose famulantium. Hic virguncula, Deo aspirante, cum verens diaboli insidias, dexteram duxisset manum à capite in pectus, moxque à sinistra produxisset in dexteram, vt efformaret crucem, sed talibus visis, tantoque honore indignissimam esse proficitur. Neque vero vobis habeo magnam fidem. timeo & in speciosis consilijs fictos dolos, quod si Dei legatione fungimini has Sanctorum reliquias (habebat reliquias adalligatas ad collum) humiliter veneramini. Mirum dictu, procubuerunt in genua larua venerabunde. & tanto magis vrgent, vt matures perfectionem. At illa, mihi non licet quicquam grauius statuere mei patris spirituali iussu, neque ad eum adire decet nocte intempesta: conuenite vos illum & imponite mandatum Dei vbi diluxerit, ego accedam & vtar consilio illius. Hoc responso, demones abiecta omni simulatione, in suas se tenebras abdiderunt, cum fremitu in irridentem puellam, quod lingue solum bellarent, gratesque agentem suppliciter Deo, contumelias, & probra certatim ingerentes.]

Hæc



Haecenus Bencius, quid hac virgine  
sapiētius: sed docebat nimirum illam  
VERA SAPIENTIA, cui se pudici-  
tiae Zona colligarat. Impudicitia sta-  
tim prodit & monem: sic enim ab ca-  
lamistris, & procaci vultu, & curiosa  
discursatione D. Robertus Abbas de-  
monem in nuptiis agnouit. *a* Et lasciu-  
ua forma & motu, ac verbis, eundem  
cognouit S. Dunstanus, & ignita for-  
cipe arrepto eius naso lepide irrisit te-  
ste *b* Osberto Cantuariensi. Addam  
singularis cautela: exemplum, quo do-  
cemur, nihil tutius esse, quam timere  
suum sequi iudicium, aut ab obediē-  
tia maiorum vilius reuelationis etiā  
certae fiducia recedere. Genebaldus  
Laudunensis Episcopus per incautam  
cum vxore, quam deseruerat familia-  
ritatem, ex bono principio ortam tā-  
dem, quae humana fragilitas est, cum  
ea corpus misauerat: sed postea ad cor  
reuerfus, & D. Remigio Remēsi cō-  
fessus in Augustissimum locum instar  
sepulchri reclusus fuerat, vbi cum se-  
ptem annis pœnitētiā asperrimam  
egisset: *Septima* (inquit Hincmarus in  
D. Remigii vita *c*) anno in vigilia caene  
Domini, cum idem Genebaldus in oratione  
Domini pernoctaret, & seipsum desteret,  
*d* circa mediam noctem Angelus Domini, cū  
magna venit luce, ad eum in oratorium vbi  
promus iacebat, & ait ad eum: Genebalde  
exaudita sunt pro te orationes patris tui  
Remigij: suscepit quoque Dominus pœni-  
tentiā tuam, & dimissum est peccatum  
tuum, surge & hinc egredere, facque mini-  
sterij Episcopalis officium & reconcilia Do-  
mino penitentes criminibus suis. Gene-  
baldus autem, nimio terrore percussus, re-  
spondere nihil potuit. Tunc Angelus Do-  
mini confortans eum, & ne timeret horta-  
tus est, sed gauderet in misericordia Do-

**A**mini sibi collata. Qui animatus, dixit ad  
Angelum: non possum hinc egredi: quia Do-  
minus & Pater meus Remigius clauem hu-  
ius ostij secum habet, quod & sigillo suo si-  
gnauit. Et Angelus ad eum: vt non dubites  
(inquit) me à Domino missum; sicut patet  
tibi caelum; sic & ostium istud patebit. Et  
statim, saluo sigillo ac cera, ostium illud a-  
pertum est. ] Ecce tibi veræ visionis in-  
dicia: prius perturbatio, mox consolatio,  
& verum ac apertum miraculum  
sigilli ac certa integritas: non tamen  
censuit vir sanctus obedientiae quid-  
quam derogandum. Tūc Genebaldus  
in modum crucis se iactans in limine,  
dixit, *Etiā si ipse Dominus Iesus Christus*  
*dignatus fuerit ad me venire peccatorem:*  
*hinc non egrediar, donec ille venerit, qui me*  
*in eius nomine, in ista reclusione constituit.*  
Et statim Angelus Domini recessit ab eo. ]  
**C** Quid ergo placuit Deo Genebaldi a-  
nimus, & per Angelū hæc omnia, ea-  
dem nocte, Remigio pernoctati in o-  
ratione D. Remigio manifestauit, e-  
umq; Laudunū proficisci iubet, & Ge-  
nebaldū Episcopali sede restituere, q̄  
& factum ab eo confestim. Contra D.  
Guilhelm. Aquitaniae Dux, si dæmo-  
nis suggestiones, quibus & feruor de-  
uotionis minuebatur, & ad secularia  
reuocabatur, inuito diiudicatas repres-  
sisset: non se sic Lucensibus ad bellum  
ducem obrufisset, nec cæcitate per-  
cussus fuisset: *a* sed illum deceptio,  
cautiore reddidit postea, vt facile se-  
cundæ reuelationis falsitatem conte-  
mneret. *b* Prudentissimus senex Abra-  
hamius (vt B. Ephraem. odidit) reuelationes illas, quibus eum dæmon, San-  
ctum & Beatum prædicabat, contrario  
humilitatis actu statim profligabat. *c*  
Vah! quam contraria fuit illa Gandē-  
sis virgo, nostris temporibus: miscella

*a* Theobal.  
in eius vita  
c. 16. apud  
Sur Febr.  
bibi. c. 19.

*c* Sime. Mo-  
taphrast ex  
Ephre-  
mo  
apud Suriū  
Martii 10.



diu vacaret orationi, & Sacramenta frequentaret; sed vel non satis exercitatur in nocta fuerat cōfessarium, vel si nocta, ei sua secreta spiritalia non padebat, vel bene monenti non credebatur. quicquid horum fuerit, paulatim variis reuelationib. eam diabolus superbia spiritu inflauit. tādē persuasit meritis reliquis parem esse Deiparę Virgini: deesse fecunditatem iūctam virginitati illibata: si pergat, id quoque consecuturam. o vastrum commentū, & muliebri ingenio accommodatū! iam illa se cōfessionis indigam nō esse putabatur: itaq; per annos aliquot eam intermittens, non abstinēbat tamen a sacra synaxi. Quid multa: semel dum in templo versatur, & communionem expectat, ardētiusq; beneficium illud reliquum postulat; audit, bono sis animo, dilecta, exorasse te scito. concessa tibi fecunditatis cum castimonia prerogatiua, quam petis: de cælo confide te grauidatam. commiscuerat enim se cum dæmone, qui lucis Angelum mentiebatur. domū reuersa, lentit vterum tumescere: iusto post partu tempore adueniente, piū quendam & prudentem adit ciuē, bene notum, narrat rem totam, petitq; vt in domus ei⁹ penetralib. sibi liceat parere, & stipularur arcanū fore. Ille nec credul⁹ dictis de reuelatione, nec tamen sustinens virginem domo excludere: veritus, ne grassari iam incipientibus Sectariis, materiam res vulgata præberet blasphemis hæreticorū diceriis atq; laudariis, eam suscipit, & adhibita oblietrice fida partum exspectat. Misera dolorib. vehementer torquebatur, tandem magnam, pro ple humana, horridorum, & villosorum, fœdissimorūq; vermium copiam effudit vtero, quorum tam dirus erat

aspectus, vt omnes exhorrescerent, tam teter odor, vt fœtore ferme examinaretur. Sic demum misella se delusam intellexit, & superbię suę fructum, a superborum Principe retulisse, quem oportebat. Sic mulier decepta, sed & viros ille dolosus colluber supplantauit. Apud Gregor. Turonensem leguntur hæc de S. Friardo & socio eius Secundello, Sanctus Friardus cum Secundello Diacono in supradicta insula stetit immobilis: habebat tamen vterque eorum propriam cellulam, sed procul inter se positam. Cumque strenue in oratione persisterent, nocte Secundello Diacono apparuit tentator in specie Domini, dicens: Ego sum Christus, quem continuo deprecaris: iam enim sanctus es. & nomen tuum in libro vitę cum reliquis Sanctis mei adscripti: egredere nunc ab hac insula, & vadens fac sanitates in populis. Hic & ille illectus deceptionibus discessit ab insula, nec socio nunciauit tamen, cum infirmis in nomine Christi manus imponeret, sanabantur. Reuersus autem post multum tempus ad insulam, venit ad socium cum vana gloria, dicens: Abiit extra insulam, & virtutes multas in populis feci. Cumque conterritus ille interrogaret, quid hoc sibi veller, cuncta qua gesserat simpliciter pandit. At senex obstupescens, suspiransque aclachrymans ait: Vae nobis: in quantum audio a tentatore delusus es: vade, age penitentiam, ne vltra tibi praeualeant eius doli.]

Ecce vides lapsum, primo quia occulta est superbia credidit se sanctum, & ex hoc frontispicio non cognouit dolosam machinā. 2. quia desciiuit a bono proposito manendi in illa insula. 3. quia clā habuit magistrū cōsilia suā; & obedire illi neglexit. Vide nūc, vt vict⁹ vicerit, fret⁹ humilitate, obediētia, et oratione. Se-



de vit.  
Patrum c.  
10. citat Su-  
rius. Ang.

ne. Sequitur apud Gregor. Turonensi-  
d Quod ille (Secundellus) intelligens &  
perisse se timens, cum fletu ad pedes eius  
prostermitur, rogat ut pro se Dominum de-  
precatur. Cui: Veni, inquit, & pariter eius  
omnipotentiam pro salute anima tue po-  
scamus: non est enim difficilis Dominus se  
consentibus misereri, cum ipse per Pro-  
phetam dicat: Nolo mortem peccato-  
ris, sed ut conuertatur, & viuat. O-  
rantibus autem illis aduenit iterum ten-  
tator in simili specie ad Secundellum Dia-  
conum dicens, nonne preceperam tibi, eo  
quod oves meae morbida essent, & pastore  
indigerent, ut egredereris & visitares, at-  
que opem sanitatis eis tribueres: Et ille,  
In veritate comperi, quod seductor sis, ne-  
que te Deum credo, cuius te speciem men-  
tiris habere. Tamen, si Christus es, cru-  
cem tuam, quam reliquisti, ipsam ostende,  
& credam tibi. Cumque non ostenderet,  
Diacono crucem in os eius faciente,  
confusus euaniuit. ] Et ecce tibi consi-  
lium, quod in similibus dubiis po-  
tes adhibere, petere ut se cruce con-  
signet, vel ut formata cruce tibi be-  
nedicat. Diuæ Matronæ similiter dæ-  
mon, apparens in forma speciosæ mu-  
lieris, suavit ut relicto deserto urbem  
peteret, minus pudori eius pericu-  
lum ibi fore: sed beata statim insidi-  
ans, ex austeri oris vitæ dissuasiōe,  
intellexit inimici. [Simeon Metaphrast.  
in eius vita mense Nouembri.] Sic S. Mar-  
cellus Abbas dæmones ex obfessis  
pullurus, iisque aliquoties claman-  
tibus, Iube nos exire, in nos quoniam  
accepisti potestatem, nihil iussit, sed  
perseueravit in oratione, donec à  
Deo impulsu recesserunt. Causam  
querentibus, cur non statim iussisset,  
prudentissime respondit, Quoniam di-  
centes me in eos accepisse potestatem, ni-  
hil aliud agebant, quam quod vanæ glo-

A  
ria laqueis me conabantur implicare e-  
Cuius documentum utilitas non in ex-  
orcismis modo, sed & in reuelatio-  
nibus cunctis maxima est, quia ma-  
ximum in his vanæ gloriæ periculum,  
ut de Secundello vidimus. Ipse quo-  
que Spiritus sanctus mirabili quadam  
visione se B. Angelæ Fulginati insinu-  
ans, cum eam collaudasset, & ipsa i-  
deo rem suspectam haberet, quod sic  
exponeret periculo vanæ gloriæ p-  
certo signo probæ reuelationis ei af-  
signauit; quod quo magis laudaba-  
tur, hoc ei crebrior & acrior omnium  
peccatorum præteritorum memoria  
occurreret, & ne conata quidem, vi-  
lum vanæ gloriæ locum dare posset.  
Narrat hoc ipsa fuisse c. 19. & idem alias  
quoque se experta scribit c. 21. 22. & 29.  
Sed & illud attendendum multiformes  
in omnem partem esse dæmonis  
fraudes. aliquando suadet quod opti-  
mum est, tunc periculum subest sup-  
bia: ideo tunc valde cauenda hæc pe-  
stis. Aliquando suadet, quod bonum  
est: sed tunc cōsiderare oportet, num  
hoc bonum sit maioris boni impedi-  
mentum, si posterius hoc obseruasset  
B. Iordanes Prædicatorii ordinis Ma-  
gister Generalis. non illi diabolus ali-  
quoties hæc techna imposuisset: semel  
quidē: ut ad cōcionandum eum red-  
deret in idoneū ac debile, specie boni  
exempli præbendi, & austerioris vitæ,  
impulsi, ea relinquere, quæ corpuscu-  
lo illius erant necessaria, & eū ad ma-  
ximam virium infirmitatem redegit. f  
Sed & alias iterum iterumque eum  
hoc prætextu decepit. quæ Historia,  
quia religiosi utilis futura, digna est  
pluribus locis legi. sic ergo scribit Leander  
Albertus g de illo febrib. acutissi-  
mis laborante, Forte cum venerando pa-  
tre, erat quidam canobii cuiusdam præside-  
quem

N  
e Simeon  
Metaphra.  
in eius vita  
29. Decem.

f Leander  
Albertus  
eius vita  
c. 21.

g c. 19. 22. 29.



quem Præorem appellant, ordinis nostri, vir discretus, solers, prouidus, litteris callens & moribus compositus, qui aliquando medicine operam dederat. Is igitur Iordanis patris animum ignorans, & sciens eum in agrotatione sibi ipsi rigidissimum, dixit: Pater oportet egrotum in omnibus medico se subicere, si pristina nancisci cupiat sobrietatem. Quapropter licet sis nostræ religionis præfectus & caput, egrotus præfectura auctoritatem dimittas, mihi que te subdas, & obedias necesse est. Quod si feceris, haud veroor, quin breui incolumis hinc exuas. Annuir venerandus Pater humiliter, præter ergo ordinis nostri consuetudinem super plumas egroti quiescenti (sic enim Prior prudens iusserat) nocte diabolus, formam præ se ferens angelicam apparuit, dicens, veluti admirabundus. Est ne hic Iordanes, fama & opinione apud omnes tam præclarus præfectus & pater tam insignis Prædicatorum ordinis? Essem anceps, nisi antehac te diu nouissem. O quam vilis & impudens factus es, qui veluti vnus de dominis terra, in strato plumis & sericis ornato quiescis? O infelix, quale ordini tuo & fratribus exemplum præbes? sed non est tui Deus in finem oblitus, qui ad te corrigendum me misit. Surge igitur è grabato, terraque protinus supplex inhereas. statimque diabolo euanescente perterritus Iordanes in terram corruit, & sic iacens, postquam illuxit, à Priore & fratribus inuenitur. Quem Prior seuere corripens, coegit ex merito obedientia in strato preparato decumbere.

Sequente nocte iterum diabolus pristina forma assumpta adstitit, & durius quam antea redarguit velut sibi inobedientem, moxque in solum ipsum destitit præcepit. Quem cum mane eius diei Prior iterato super solum iacere con-

A spexisset, apprime indignatus, dixit: mirror tuam simplicitatem, ne dicam infertiam, qui non solum in corporis, sed & animæ præiudicium contra obedientiam hoc facere præsumpseris. Ego enim Deum celi, terraque Dominum testor, quod nouissem pro toto terrarum orbe sic grauiter contra Deum & ordinem deliquisse: & hoc dicens, in sterum maximum prorupit. Quod cernens venerabilis pater, & ipse lachrymans procidit ad pedes eius. narrans ei visiones, sed magis illusiones: & qualiter, ut conicere poterat diabolum illum fuisse, qui in Angelum lucis fuerat transfiguratus. Prior vero captus admiratione ac quadam commiseratione illius, aliquid lenius, iussit ipsum stratum ascendere. Ex hoc enim tantam membrorum debilitatem contraxerat, sicque humores indurati fuerant, ut vix spiritum ad quiescendum haberet. Tertia nocte Diabolus, ut prioribus, adfuit: quem, ut conspexit vir Sanctus (iam enim in increpationes eruperat) ait: O nequissime generis humani hostis, & impudice canis, & immunda belua, quomodo meam ausus es simplicitatem deludere, ceu zelum, qualemcumq; erga ordinem præ te ferens? Et ego quidem, nisi hoc omnipotentis Dei dispensatio permisisset, sapientius aduertissem, quod multo melior est obedientia, quam stultorum victima. Et in faciem eius expuens, eum fugauit.]

En Sanctus vir deceptus inani specie boni, resipuit solido obedientia bono se muniens. Nota etiã vltimum illud, quod apparenti in angeli forma in faciem expuit: nam hoc etiam viri spirituales commendant, quando visio suspecta est: & noui hominem, cui hoc optime cessit. Concludendum hoc caput testimonio B. Meinulphi Diaconi & confessoris, qui ipse apparens hanc



regulam docuit; visiones veras esse, quae ad pietatem & religionem duces forent. Historiam, ex Gobelino Persona, verborenius accipe: non longe ab obitu eiusdem cubiculario suo per visum in somnis apparuit, hortans eum, vt mundo & pompis eius ocyus valesciat, & ad regis aterm se conferat militiam. At ille visionem illam non alio quam illusionis loco habens, nihil de vita emendatione curauit. Sanctus autem vir, eius infirmitati se accommodans, iterum eum vt prius admonuit. Sed cum neque sic quicquam de vita rectius instituenda cogitaret, tertio ei apparuit, atque ad eum: Nescis miser, nescis, quam immanis proedo mentem sibi vendicet tuam, qui tibi auctor & suasor est, vt neque mitrenti Domino, neque mihi ab eo misso obtemperes. Certo cum tu male viuendo plane desipias, neque ab hac stultitia sponte recedere velis, diuina te admonuit reuelatio, vt vel sic ad frugem meliorem te reciperes. Tu autem (stulte) tibi pateris misere & perniciose illudi, qui veram reuelationem prophantastica habes illusionem. Neque enim quisquam fidelium ambigit illam visionem esse illusionis expertem, quae ad Christianam pietatem & religionem inuiter: quod si quilibet faceret tibi vigilanti, nequaquam negligere deberes. sed quando te verba non corrigunt, ad facta veniendum est. Itaque plane efficiam, vt visionem quam tu intelligere dissimulas, reipsa verissimam esse certo experiaris. His dictis, ille expergiscitur, sentit à mento barbā omnē auulsam, fugit procul ab oculis somnus omnis, &c. addit quo pacto visioni obtemperarit. a

Secunda consideratio est, quod quando in visione vel reuelatione suadentur aliqua pia, bona, rectaque, tum diligenter perpendendum est, num simul aliqua suadeantur, impia, vana & inutilia. Multarum huiusmodi passim occurrunt

A exempla: ego contentus sum, eris & tu (pie lector) nonnullorum Sanctorum. Iacobus Vitriacus b egregie confirmat hoc dictum, cum ita scribit: Quidam ex amicis eius (B. Mariae Oegniacena) praecipuis, à demonio meridiano per ambulante in tenebris, aliquando tanto periculosius quanto subtilius infestabatur. Callidus enim hostis, transfigurans se in angelum lucis, sub specie pietatis ei familiariter in somnis apparebat, nonnunquam eius quadam vitia reprehendens, ad quaedam etiam facienda bona eum fraudulenter adhortans, vt prius tanquam antidoti cuiusdam falsa specie oblata, postea occultius venenum instillaret, & mellita lingua blanditer exerta, postmodum dentem infingeret, & ad extremum caudam suā quasi cedrum stringeret. cum enim iam illi fides ceu veraci haberetur, tum instar sophista & impostoris, veris quibusdam proditor ille falsa permiscebat, honorum intermixtione falsis quandam: mirram insidiose praetextens. Tandem suū machinis eo reduxit fratrem illum, vt res eius pessimum exitū fuerint habitura. si non ancilla christi, reuelante spiritu sancto, callidi veteris fraudes didicisset. Cum autem diceret homini, reuelationes illas non esse à Deo, sed maligni demoni illusiones esse, & ille è diuerso, non sancto, sed suo spiritu obiceret: Cum tot beneficia praestiterit mihi spiritus ille, tot vera & futura predixerit, nullo pacto mihi vult imponere illa ad solita orationis arma confugiens (En bonum remedium, bonum scutum.) pedes Domini rigat lacrymis, calum precibus instanter pulsat, nec facit finem: donec impius ille impostor, cum multo gemitu & pudore ipsi nocte in cellula sua oranti adstaret: quē illa commentitio prae ditum splendore intuens: Quisnam es tu, inquit, aut qui vocaris? Ille superbo vt erat vultu illam toruis oculis vicissim aspiciens: Ego sum, ait,

b li. 1. visa  
B. Mariae  
Oegnia.  
cens. c. 9.

a in vita S.  
Meinlphi  
apud Surii  
5. Octobr.

O



quē tu maledicta precib. tuis compulisti venire ad te, qua meum mihi amicū per vim auferre conaris. Somnium autem ego vocor. Multis enim praesertim religiosis, in somnis instar Luciferi appareo, michique obediunt illi, & ex meis consolationibus animis efferuntur, dignosque se putant, qui diuinis & angelis fruuntur colloquiis. Amicum illum meū, quem pro tua voluntate mihi abstulisti, iam erā a bono proposito retracturus. Et id sane euentus res docuit, sed oua aspidum rupta sunt, & maligni illius fraudulentia consilia in lucem prolata. Quibus verbis, nobis simul & artes dæmonis, & modus, & finis, & remedium, quo in re dubia vtendum, proponuntur. Hoc remedio B. Vincentius Ferrerius aliam dæmonis illusionem deprehendit, & dispulit. sic & B. Guracus insidias immoderata suadentis ieiunia, intellexit & cauit a. sic specie iuuandarum animarum Diabolus persuasit S. Elphego, vt ex carcere, se deducētē, deducētēq; sequeretur, exemplo B. Petri angelum sequentis suavit & persuasit in angeli specie: sed eductū confessorē in via deseruit. ille fraudem intellexit, doluit, & martyrio, quod fugerat, se iterum obrulit, ac coronā meruit b. Sic eodem pretextu conatus euidam Monacho suadere vt cellam desereret, deceptus fuit à B. Arsenio. Quare diligenter notanda, fideliter retinenda est doctrina eiusdem B. Arsenii, qua, velut in speculo, simulachra pugnae dæmoniacae, & capita insidiarum praecipua, nobis, apud Metaphrastem, propofuit spectanda. Et quia huius capitis res ista, & in primis utilis, ideo verbotenus exhibebo: Hoc quoque vos non lateat, o fratres, quod noſter inimicus Diabolus, multis & variis vtens machinis nos conatur decipere, & boni pretextu in mala impellere: vt, verbi causa, suggerēs,

hospitalitatem, & consequenter fratrum, qui accedunt, gratam & benignam exceptionem: efficit, vt simul comedant & compotent: causa autem est, bonū caritatis. deinde sis paullatim suffurans & attrahens, imprudentes nō trahit, vt ventri seruiamus & deinde, ad facietatē libidinis, nos polluit & voluptatib. Aliis rursus submitrens in animū eleemosynā & benignitatē, et in pauperes beneficentiā, immittit amorem pecuniae, & in furorem impellit auaritia. Aliis aut multorum vtilitatem tanquā esca porrigēs, efficit, vt silentiū & quietē relinquāt, tanquam rem inutile, & vt, cū multis quidem mundanis habeant consuetudinem, & nonnunquam et cum mulierib. incaute hoc faciant, per suadet: tanquā qui tā eo peruenierint, vt sint imparibiles: et sic miseros reddit libidinosos, & seruientes animi perturbationib. Aliis nullam exhibens molestiam, & vt a nullo capiatur vitio insidiose procurans, extulit in superbiam, & sic nullo negotio precipitauit. Non nunquam aut faciens, vt à bellādo abstineās, & maxime n. qui ad suscipienda exercitationis certamina se paulo ante exuerat: decipit efficiens, vt eser securi, & de nulla re soluit. Ex quo factum est, vt cum eos iniecerit in socordiam, & vt labores negligenter effecerit: repente illos inuaderet, tanquā expugnatiu faciles & inermes: & sic maxima tempestate eorū mentem labefactaret, & conturbaret, & saepe certiam in vitiorum profundum immergeret. Alios rursus, cum, vt sibi fiderent, persuasisset, vt qui tā ad maiorem peruenissent mensuram: suggestit vt eis crederentur aliorum cogitationes, vitiorumque & bellorum annunciationes, Quibus cum nodum recte sua vitia abluissent, primum quidem recordationem & informationē eorum, qua audierant, immisit, non absq; animi perturbatione. Deinde vero etiam misere impulit ad carnis contaminationē c. His enumeratis, subdit propter tot stratagematum

c Fer. Ranzanus li. 1. vita D. Vincent. ca. 11. a Sur. in eius vita April. 11.

b Osbertus Camuar. in eius vita

Sim. Metaphrast. Arsen.

multi-



multiplices noxas, nobis multa Nostri A Custodia, & Sobrietate, Vigilantia quoque, & ad Bonū Attentione, op<sup>o</sup> esse. Nonnulla his addi possunt ex Ioā. Horozeo li. i. de vera & falsa pphetia ca. 15.

Tertia consideratio est Gersonis d, *consider adum an quod reuelatū fuit, id humana intelligentia quis sine relatione potuerit assequi: tunc. n. suspectam esse debere, vt superuacua & minime necessaria. Quod si fuerit de rebus, quae & humanam intelligentiam, & demonis scientiam excedunt, tunc nō poterit aliunde, quā desursum, missa fuisse reuelatio. Sed an reshuiusmodi sint, difficile est statim iudicare, quia nō potest nisi successu temporis, quādo euentus pditionis, declarat veritatem, vel diligenti discussione (quādo occulta cogitatio reuelatur), id deprehendi, sitne diuinetantū res illa cognitionis, an ēt demonis aut hominis: Hoc vitio prophetiae Saonarole laborarunt, ipsiusmet confessione.*

Quarta consideratio, videndū, an non tam sit desumpta ex sacris literis (tunc n. suspecta haberetur) quā illis cōsentanea omni ex parte, & constas, cōgrua quoq; sanctor. hominū doctrina & exēplis, nihil falsi & erronei admixti habēs, totaq; pertinens ad salutē hominū & Dei gloriam. Diuina namq; reuelationis hęc illustrata sunt documēta. Nā iuxta Glof. in Mar. ca. 17. suspecta est omnis reuelatio quā non videmus per omnia conuenire cum Lege, prophetis, & Euangelio.

Quinta consideratio est, vtum reuelatio aliis reuelationib. indubitatis cōfirmetur. nam si nec aliæ certæ res dubiæ manent. potest enim Diabolus, vt semel sic sapius, vt vni sic plurib. idem reuelare. Certarum reuelationum ex hoc capite multa suspicantur in Ecclesiasticis Historicis vestigia. talis illa admiranda

B. Hermannii Stenfeldensis, qui & Ioseph vocatus, eo quod B. V. Maria ab angelo paranymphe in somnis ei visa desponderi, Virgineæ benignitatis exemplo clarissimo, cuius iucunda descriptio in Beati illi<sup>o</sup> vita cōtinetur. & talis alia Eutychiei Patriarchæ, apud Eustathium in eius vita. talis alia B. Guilhelmi Roscildensis, apud Surium April. 6. talis alia S. Adalberti sub mortem ei oblata, & à Leone explicata, apud eundem. XXIII. mensis eiusdem, tales multæ eius quem paulo ante laudauit B. Meinolphus, tales multæ apud Petrum Venerabilem in libris Miraculorum g. Validior censenda cōfirmatio per alios, quam per eundem, item per incognitos, quam notos, per viros, quā feminas.

Sexta consideratio, si pugnantēs sint diuersa de eadem re reuelationes, vt plurimum ambæ suspectæ sunt habendæ: interdū tamen sic veras conatur diabolus contrariis oblati infirmare: ideo non statim reiciendæ omnes, sed illis, re mature deliberata, credendum, non quæ priores sunt, (fieri enim solet, vt cum dæmō conatus fuerit illudere per falsā, Deus alia vera immissa nebulam illā, lucis superuēru, dissiciat) sed quas plures ac probatiores sanctitate, prudentia & sacra doctrina cōfirmant, & quarū auctorib. minus causæ fuit talia contingendi v. g. in reuelationib. de Immaculata cōceptione Dei paræ Virg. Mariæ, quādo paria sunt reliqua mōmēta circūstantiarum, plus tribuēdū reuelationib. habitis (si quæ sunt) ante controuersiam eadē de re natā, & post natā controuersiam, iis quas habuerūt, qui nec instituti, cuius D. Thom. nec alteri<sup>o</sup> cui<sup>o</sup> Doctor subtilis, fuisse: hi n. ab affectu liberiōres & hac sane ex parte reuelatio. D. Brigittæ pponderat alteri, q̄ tribuitur D. Catarinæ Senens.

apud Ser. 8. April. tomo 7.

apud Ser. 5. Octob. lib. 1. ca. 23. & 27.



## SECTIO VI.

De iudiciis petitis à reuelationum circumstantiis.

**D**vo præcedentia iudicia quasi mixta sunt, partim ex ipsa reuelatione, partim extrinsec<sup>o</sup> petita: sequitur nunc, vt quæ in circumstantiis obseruatum necessaria indagemus.

**1.** occurrit, illud à sine petiturum, quid mouerit hominem vt hanc reuelationem aliis in dicaret, propalaretq;: Nā curiositas, leuitas, vanitas, cupiditas, auaritia, ambitio, vtilitas, ppria, an aliorū; si propria, an spiritualis, aut carnalis, si aliorum, paucorumne, multorum, an omnium: Et in hac ipsa causæ inuestigatione perpēdendus finis, nō tantū proximus & apertus, sed occultus etiam & remotus. *Potest enim* (Geron ait) *finis proximus apparere bonus, & salubris, & deuotus ad edificatiōē aliorū, qui tandē prolabatur in multumplex scandalum, dum non respondebunt vltima primis, vel alias falsum sētumq; deprehenditur in personis suis, reputatis, magne sanctitatis, vt docuit etas nostra in deceptionib. Doctorum Ioannis de Varenis, Ioann. Hus. & similitum.* Ideo Elias, quantum poterat, conabatur, amans humilitatem, à se amoliri Elisæū, ne videret eum rapi igneo curru in cælum. [4. Reg. 2.] Prudēter Arseni<sup>o</sup> sibi factas reuelationes nunquam, nisi aliorum posceret vtilitas, narrabat, & tum narrabat quasi alteri accidissent, vt Simeō Metaphrast. obseruauit a. B. quoque Hildegardis vix superiorū iussu induci poruit, nec inducta fuit, donec Eugen. 3. Pontif. eam ad reuelationes suas scribendum animauit b. Idē fait sensus B. Libuina, cui cum Christus Dominus vigilanti apparet: quinque vulnere suorum signa luculēter impressa reliquisset, &

a in eius vit.

b Theodori Abbatis. 1. vita Hildegard. c. 4

**A** cerneret virgo tā hiantia vulnera homines latere non posse, timeretq; cōcursum & applausum hominum, sic Deum deprecata scribitur, *Maneat obsecro Domine hoc dignationis sacramētum inter me & te: sufficit n. gratia tua.* Noli dubitare gratam sponsæ humilitatem & custodiam fuisse. magno enim miraculo confestim cute vulnera obtecta fuere, dolore tamē, & liuore perpetuo permanente c. Eadem virgo alio tempore merito quendam solitū reuelationes suas narrare, & (quod facile accidit) narrationem calore quædam de suo adicere, idcirco pœnis purgatorii additum vidit d.

**B** Secundo, *discutiende cogitationes, que reuelationem subsequuta vel præcesserunt*, nā ex præcedentiū imaginatione posset nasci phantastica illusio. Ad malis cogitationib. fluctuantem animū spiritus S. nō accedit, nec vera reuelatio: nec tamē semper bonam & piam cogitationē vera reuelatio & diuina subsequitur: in ipso namq; orationis feruore, pleriq; Diabolus conatus irrepere. Ad veram reuelationem semper sequuntur bona desideria, & effectus boni: ad illusoriam, aliquando per accidens, & ad tempus boni, qui tamē à diabolo in maius malū dirigitur. Notatum illud prius fuit ab Hucbaldo, q. cū recensisset visiones S. Aldegūdis, addit: *In cunctis huiusmodi reuelationib. virgo prudēs magis magisq; se humiliabat regno Dei propior sebat, spōso cœlesti seruentius inherebat c.* Hic profecto genuinū est effectus verarum reuelationū: qui huic contrarii sunt, aperte docent illusoriam fuisse, quæ præcesserat.

**C** Tertio notatum à quibusdam, *vtilissimum quoque esse, ne decipiamus, ipsi visioni seu reuelationi signum crucis opponere, seque cruce communire.* Con-

firmat

c Ioh. Brogmanni. vita S. Libuina. p. 1. c. 8.

d idē Brogmanni. p. 1. cap. 1.

Hucbaldo in vita S. Aldegūdi. cap.



firmat hanc doctrinam, efficacem sane & piam Senatus Brauonius narrat enim S. Osualdum Episcopum cum dæmonis irrisis & diffatis terrificamentis omnibus, veterator ei in forma speciosa Angeli se ostentasset, crucis signo se muniuisse; eo quod sciret Angelum lucis id non moleste ferre, angelum vero tenebrarum illo in fugam compulsam iri. *Quod & factum est, Nam (verba sunt Brauon. S.) simul atq; signum illud malignus tentator vidit, instar fumi ab oculis eius euauit. f.)*

Quarto videndum quomodo se Spiritus ipse ingesserit. Nam proficientibus (vt admonet P. noster Ignatius g) Spiritus malus se dure, impaciēte & violenter, quasi cum strepitu quodam, vt imber in saxa decidens, infundit: bonus vero eiusdem leniter, placide & suaviter, sicut aqua irrorat spōgiam. Illis vero qui in deterius proficiunt, experientia docet, contra euenire.

Quinto aduertendū an qua initio mēte letitia demulserat, ea sit postea in horrore & mæore versa: itē nū qui caput a principio, sensim horror amotus non fuerit, sed constans permanserit, duæ enim sunt hæ reuelationum fallarum notæ. Sin autem initio quidem humo perturbetur, & horrore aliquid persensiscat, sed postmodū, hac molestia & anxietate animi deterfa, dulcedine quadam interna perfundatur signum esse diuina consolationis, vt nos B. Antonius docuit & notant in l. c. Luc. Theophilact. & Beda & Hieron. in c. 28. Matth. Cui rei naturalis esse causa videtur, antipathia quæ est homini cū dæmone homioida, & sympathia quæ homini cum angelis intercedit h. Ad illam antipathiam retulerim libens vulgarem quandam opinionem, quæ vigeat temporib. B. Petri Cluniacens. à qua ipsemet non erat alienus, nempe eos quib. mortui apparuissent, non

Adiu superuenire. fortassis orta opinio inde, q̄ nonnullis dæmones in mortuorum specie cum apparuissent, illi, ex horrore, & vitæ mortique antipathia, morbo contracto, mox decesserant. ceterū documentū illud D. Antonij, est accipiendū, de vera interna dulcedine, quæ famē ac desiderium virtutum adfert, & adauget, præcipue caritatis & humilitatis, q̄ limitationē merito B. Catharina Senensis adiecit.

Quod confirmat attestatio B. Angeli Fulginatis, sibi ex visione in animo mansisse vehemētius desiderium, cruciatus oēs & iniurias pro Deo sustinēdi. Obijciat quis fortasse Dæmonem, quem initio attulerit horrorem præsentia sua (vt solet, qñ apparet nubes tangēs vertice, aut alia simili specie terrificata) eum mox cum lætitia & suavitate sensus, verborumq; blanditijs commutare. Resp. nos agere de apparitione, quæ non ratione formæ, sub qua compareret, sed ratione duntaxat præsentia apparentis, hos affectus horrore, & anxietatis adfert. Nam qñ ratione formæ terrificæ, opus non est alio ferme indicio, si sit n. monstrifica forma, certum est dæmoniacam esse: si sit humana, tunc alia circumstantia considerandæ, de quibus lib. 2. quæst. 26. sect. 3. non indiligenter egi. Huc si lubet, licet recurras.

Sexto considerandum, num reuelationes veris miraculis astruantur, tunc nihil dubij manet. quin à Deo fuerint: vt illa Nobili matronæ facta, cui reuelatum, S. V. in vualocū ei, quam amiserat, oculorum claritatem, redidit. Mox n. vt Sanctum adijt, vitum amissum recuperauit k. Mira vero & prodigia, nō satis idoneæ reuelationem confirmat, quia potest ea dæmon efficere. Etsi tamen miracula de-

f. Senatus  
Brauon in  
vita S. Os-  
ualdi p. 11  
g. m. 1. ex  
erit. de  
signis.  
lib.

l. Guibot  
Parisens.  
2. Par. prin-  
cipal. de d.  
ni. ergo p.  
2. cap. 152.  
lib. 1. de  
mirac. c. 11

k. Sur. in  
vita S.  
V. vual-  
loci. 5.  
Mart.



fuerint, non tñ ex hoc solo capite censa reuelatio falsa fuisse. B. Præcursor Christi ppheta fuit, & plus q̄ propheta, miraculum tamen nullū fecit.

Septima regula est, q̄ si, cum reuelatio fuerit absolute aliquid, & non sub conditione, prædicens (prophetiam vocant absolutam & independentem) & postea contrarium euenit, vel non euenit, quicquid prædictum fuit, falsa reuelatio, & non de cælis est. Probatio (inquit Gerson) spiritum respicit, nedum personā quæ visiones patitur, sed visionum qualitates, si veræ sint, per omnia, et vsq; ad minimam propositionem. quoniam spiritu veritatis falsitas non est: in spiritu autē mendacij mille quinq; sunt viæ apertæ, vt in vnica latenti falsitate decipiat. Ideo Christus dæmoniacos & Paulus Pythoniſſam phibuerunt à testimonio veritatis, q̄ profitebatur. ] confirmat hanc doctrinam D. Chryſ. hom. 19. in Matth. Ex hoc iudicio probantur veræ fuisse reuelationes Catharinæ Raconisiz. quas recenset Ioan. Francif. Picus <sup>a</sup> & Margaritæ Rauenatis apud Hieron. Rubeum <sup>b</sup>, & B. Aloyſij Bertrandi de Societate nostra. & P. Francisco Borgia, vt ex illius vita retulit Thom. Bosius <sup>c</sup> hinc etiam probantur diuinæ fuisse reuelationes Ioannæ illius, virginis Lotharingicæ, quæ dicta Gallis *Lapucelle Tenne*, quæ Carolum VII. Francorum Regem in regnum, vnde Anglorum fuerat armis deiectus, restituit, circiter annum 1428. q̄ pari inuidia, crudelitate, calumnia, & iniustitia, sæpe ab illa victi proſtigatiq; Angeli, cum in pugna viam cœpiſſent, flammis feralib. quasi maleficam, combuſerūt: sed postmodum an. 1456. Calixtus Rom. Pontif. eius nominis tertius causæ cognitionem Archiepiscopo Rhemenſi Ioan-

A ni, Guilhelmo Parisiensi delegauit: huius vero innumeris testibus omni exceptione maiorib. de innocetia, modestia, castitate, & religione Ioannæ auditis, eius innocentiam, & sententiæ illius iniustitiam, declararunt: iudicij acta Parisijs asseruari, ea in vrbe natus Papyrius Masson. testatur, idque apud Victorinos canonicos Regulares iuxta Belleforestum in *vita Caroli VII. fol. 345.* fauent eiusdē innocentie nō Francici modo scriptores (quos vt suspectos Britani reijciūt (sed & alienigenæ Itali, Græcique d. sed & Belgæ Meierus <sup>e</sup>, parū alias in Francos benignus, & Hispanus Mariana de reb. Hispan. lib. *viceſimo extremo.* Philip. Bergomenſis ait, tum duos adhuc ex iniquis Ioannę iudicib. fuisse superstites, citatos, & legitime cōuictos, damnatosq; & cōbuſtos: duorum vero aliorū iudicium mortuorū ossa, effossa, & similiter concremata fuisse: & iussu Rothomagi, vbi virgo fuerat cōbuſta, templum cōstrui, & ex reliq; prædictorū bonis, quæ cōfiscata per sententiā fuerant, ibidē ad Dei honorē, & defunctę ppiationem, sacrificiū quotidianū institui. sic honor immeritæ detract<sup>o</sup>, tandē vix viceſimo post mortē anno, iudicio Pontificio, restitutus. Prudenter itaq; Polidorus Virgili<sup>o</sup>, licet Anglorum Stipendiarius, li. 22. *hist. Aglor.* nō ausus fuit Ioann. damnare, sed rem ita reliq; ambigūā, vt innocentie potius suffragetur. Qui acta iudicialia volet percurrere, legat Belleforest. à *fol. 387.* vbi sententiā iudicij delegatorum refert *fol. 393.* Hoc lapide veritatis Lydio deprehēsa leues & nictæ reuelationes olim quidē Montanistarum <sup>f</sup>, & recentiori memoria Ioann. Sagi Bethyci, & Fr. Ioan. de Rupeſcilla <sup>g</sup>, & nostro tempore Monialis Lusitanæ, que

<sup>a</sup> in eius vita.  
<sup>b</sup> Hist. Ra-  
uennatis  
anno 1510.  
<sup>c</sup> lib. 6. de  
Notis Ec-  
cleſ. c. 2.

de cælis  
de No. Ec-  
cleſ. c. 2.  
ad. P.  
lib. Ber-  
gomenſis  
de  
clat. mo-  
rtuorū  
oss. c. 17.  
clib. 16.  
Annal.  
Flanor.

de cælis  
de No. Ec-  
cleſ. c. 2.  
ad. P.  
lib. Ber-  
gomenſis  
de  
clat. mo-  
rtuorū  
oss. c. 17.  
clib. 16.  
Annal.  
Flanor.



quæ forte adhuc in viuis, & Francisci de cruce in Peruvia h. Ideo, mea quidē sententia, incassum, quidā conati fuisse reuelationes Hieron. Sauonarolæ Ferrariensis tueri, Apostolico iudicio damnatas. Quam ille multa de Ecclesiæ reformatione, de Turcarū & Maurorum cōuersione, de Florentinorū, fœlicitate, quæ mox adimplenda, & astantium multi erāt vsuri antequam moreretur, prædixit: addens (in reuelationū compendio) illas absolutas & immutabiles pphetias esse: attamē nihil horum fere adhuc contigit, pleraq; omnia intra certū ferme annos contraria cōtigerūt. Quare ex partiū studio, & Alexand. VI. atq; Mediceorum odio factum, vt nō consideranter Historici nōnulli defensionē Sauonarolæ susceperint, vel damnationis iustitiam in dubium vocarint. i. Profecto sicut euentus eius pphetias coarguit, sic cōtumacia in sui ordinis pfectum, & cōtempus Pontificiæ (quæ, vel palam iusta nihilominus metuenda est) excommunicacionis, & aliq̄ similes actiones, illusionis diabolicæ, & quæ sublequi solet arrogantia, obstinationis, grata & vrgētia sunt argumenta. Legite Raphael. Volateranum quem vera scripsisse patet ex illis ipsis quæ Fran. Guicciard. l. quamuis in Sauonarolæ defensionem ppendens, memorię mandauit. Nonne magis pie & cordate faciunt, m qui pro sedis Apostolicæ iudicio q̄ pro priuati hominis existimatione, induit arma litteraria, calamitq; decerāt: Neq; id magis clarissimi ordinis, qui vt astū in hoc militantis Ecclesiæ celo lucet, splendori obfuerit, q̄ Angelorum choris Luciferi factio, vel Apostolico cætui Iudas impius. Et ne heretici se immunes harum iactēt illusionum: qd̄ quæso aliud

**A** est liber ille manuscriptus Iacobi Brocardi Caluinistæ reuelationū ad Elizabetham Angliæ Reginā & præfatio in Genesim, aliaq; nonnulla eiusdē opuscula, nisi farrago quædā dæmoniarum reuelationū, quarum p̄cipuam de an. 1580. iam temp̄ mēdaci cōiucit: Cōtra prudenter ex subsecuta euentū veritate Nicolaus Sanderus Sanctę Virginis Cantianæ Elizabethæ Bartonæ, vaticinia à Deo fuisse cōprobauit, li. 1. de schismate Anglicano: sane vitæ sanctitas, Martyrij laurea, & clarissimorum Synmatyrum Roffensis & Mori contestatio, locū dubitationi relinquunt nullum. Quā dissimilis in eadē insula nata Elizabetha alia, de cuius fraudulenta pphetia sic Sanderus scribit, *Hæretici, inquietū & turbulentū genus hominum, ad commouendum Londinensem populū seditioni tum & heresi valde deditū, inauditum adinuenerūt stratagemata. Induxerunt quippe quamdā puellam octodecim annos natam, heresi simul & pretio corruptam, in eam improbā simulationem, vt se permitteret in abdito inter duos muros cuiusdam domus angulo ad tempus concludi, & per fistulam ad id aptam eas voces edere, quas istius stropæ artifices sibi suggererent. Nomen puella Elizabetha Crosta erat, doli author Dracus quidā. Ita ergo illa instruita & in loco ad fraudem accōmodato collocata, mirabiles emittit continuo ex antro suo voces, easque tam sonoras, vt per omnes vicinas audiretur. Accurrunt vndique ciues, quid sit inquirunt, mirantur, voces non mortalis hominis, sed angeli esse clamabāt. vbi ac Reipubl. iste Spiritus comminatur miserem, arumnas, mala omnia, si nuptias cum Hispano aut communionem cum Papa Romano admittant. Multa item contra sanctum sacrificium, & reliquam fidem Catholicam, quasi oracula fudebat: erant ex conspiratoribus, qui data opera se turbis*

adstantibus

h. Iosephus  
de Conf. l.  
2. de temp.  
nouiss.

Sabelli-  
cus Enne  
ad 10. li. 9.  
Arnl. Fer-  
ron l. 2. re-  
rum Fran-  
ticar. &  
ali.

l. 1. Geo-  
grap. sub  
fin.  
lib. 3. re-  
rum Itali-  
carum.  
m. Pre. Ri-  
baldeneys  
lib. 2. de  
tribular.  
cap. 20.



ad instantibus semper ingesserant, qui huius Spiritus propheticas & obscuriores sententias, ad religionis euerfionem & seditionem mouendam interpretabantur. Magistratus autem ad multitudinem compescendam, & quid rei sit lustrandum accedit, fraus difficillime apparuit: sed tandem, in isto consilio de diffoediendo muro & vicinis & parietibus vnde voces reddi conijciebant, misera puella prodijt, ac exanimata quorum suafu & consilio hoc fecerit, confessa est statim, se à quibusdam seditiosis sectarijs, & ab eo imprimis, què nominauimus Draco, ad istam nequitiam inductam fuisse. ] Hec ille lib. 2. Quid autem necesse Munzeri, Lutheri & similibus pseudoprophetas memorare? de hoc septimo indicio dicendum lege Ioan. Horozeu d.l.c. 16.

Denique à modo etiam reuelationis iudicium formandum, quando aliquid in eo malum moraliter reperitur, vt puta turpe, scandalosum &c. Sed quoniam nihil predictorum, nec mali modi adest, res omnino periculi plena remanet, quantumuis multa verè fidei ac virtutibus solidis consentanea adsint. Nam nec verarum reuelationum vnus esse modus vel certus consuevit, nec vnus alio certior aut consuetior. Scribit enim B. Angela de Fulgino, has spirituales illustraciones & eleuaciones aliter solitas ipsi accidere vna vice, & aliter alia: ita quod semper ibi nouitas contingit, & hoc est totum inenarrabile. Reuelationes enim & visiones sunt alterius modi vna vice, & alterius alia. ] Sic illa ca. 56. in fine. Sane toto opere diuersos, quos experta, modos describit præsertim duos insignes, quibus se Christus Dominus præsertim eius animæ solitus exhibere. inuenies eos cap. xxvii. Claudatur hæc de reuelationib. disquisitio canone Concil. Lateranen. sub Leone. 10. sess. II. cuius hæc sunt verba.

## CAPVT II.

## De diuinatione.

Sicut species præcedens vera, sic ista falsa, ideo illam Cōiectationi præposui, quæ quasi mixta.

## QVÆSTIO I.

## Quid sit diuinarior?

Est aliquam constat, vel Cicer. teste, cuius de ea duo libri supersunt. viderur nihil aliud esse, quam significatio occultorum ex pacto conuentis cum demone. ] Significatio, inquam, quia non perficitur sola mentis intellectuione sine cognitione, sed signis quoque & verbis exterioribus vtitur, qua in re differt à sententia, per vanam obseruationem acquisita. Est autem tam præteritorum & præsentium, quam futurorum, dummodo illa sint occulta, hoc est procul remota ab humana cognitione. Ideo malui dicere, occultorum, quam futurorum, Nam prophetia & diuinatio in materia conueniunt. Quæ de pacto cum demone adduntur, illa separant diuinationem, à prophetia, & à naturali coniectatione. hæc enim nascitur, ex disciplina & obseruatione humana: illa vero desuper à Deo infunditur. Cumque quanta est diuinatio, dependeat ab ope demonis, qui emulatur diuinitatem furando diuinationem, vnde & dicta diuinatio quasi diuinitatis imitatio: sequitur diuinationem non posse progredi ulterius, quàm demonis cognitio pertingit, sequitur etiã, nec arte nec natura diuinationem perfici. Vtutur ad eam magi diuersis instrumentis. Qui pactum expressum habent cum demone, quia norunt gratius illi nihil accidere hominum idololatræ cultu, ideo ple-

rumque!



rumque sacrificium interponunt, arastatuta precibus nuncupatis, accenso thure, vestibus vere, quales sunt notorum Sacerdotum b. Neq; tamen hoc semper faciunt, sed omittunt aliquando, vel quia temporis angustia non patitur, vel quia hoc non exigit forma diuinationis qua vtuntur: sunt enim plures & diuersæ, vt post docebo: Quia tacitum pactum habent, ijs varijs vtuntur obseruationibus, pro natura sceleris: non quidem sacrificantes, sed tamen quæ faciunt & dicunt, referentes, gnari, vel ignari, in honorem dæmonis.

## QVÆSTIO II.

Quæ occulta possit dæmon reuelare.

**Q**uædam, non omnia, possunt, quia non omnia norūt: quæ communis est Orthodoxum sententia, post Tertullian. & Origenem, nempe: D. Augustini, Eusebij, Anselmij, Rabani, Damasceni, D. Tho. c. Adscribam solius verba Marci Historici, qui postquam narrauit mendaces responsiones idoli Veneris, subdit ista, Tales enim sunt dæmones, vt qui decipiant. & nihil veri dicant. Neq; cuius possunt aliquid certo præscire: sed ex versimilibus præseferunt se præscire apud eos qui eis seruiunt. Quomodo enim possunt verum dicere, qui exciderunt à veritate? Quod si in aliquibus contingit eos diuinare, hoc fit ex eo, qd euenit: quo modo etiam accidit in hominibus, vt sæpe quedam prædicant futura, de re quæ euentura d. Quæ valde obscure dicta, sic intelligenda, vt vera sint: male dæmones mentiri, sed posse, si velint, verum aliquando dicere, atque adeo decipiant. Nonnulla quoq; quæ creatam scientiam non superant, scientifi-

ce posse prædicere, iuxta illa, quæ mox dicenda.

Primo nequit dæmon certo prædicere, ea quæ sunt omnino libere futura e: vt sunt, primo quæ dependent absolute à voluntate Dei, cuiusmodi sunt supernaturalia mysteria, nec nõ gubernationes & mutationes regnorum ac rerum pub. quia corda Principum sunt in manu Dei, qui solus illa commutat vt libet. 2. ea quæ dependent ex arbitrij humani libertate, vt quid cras sim facturus vel cogitaturus. 3. quæ sunt omnino & proprie futura contingentia, quamdiu illa non habent causam certam & determinatam.

Secundo, existis quæ certo non nouit, potest dæmon multa probabiliter tantum & coniecturam faciens prædicere f. Summam n. diuturna obseruatione sibi experientiam comparauit, & pollet angelico ingenij acumine, & optime nouit rerū naturalium facultates, & ad quid valeant, hominum voluntatem, mediante appetitu sensitiuo, inclinare, nouit omnium hominum temperamēta, affectusq;, nouit quid ex his & illis se qui soleat. Vnde cōringit, vt sæpe ad amissim prædicat, quid qñ homines sūt facturi, vel etiam qd Deus hūc vel illum populum sit puniturus, qd talis exercitus gladio, fame, pestilente affligetur, qd talis à tali sit occidendus, qd Princeps de folio exturbādus, nam & hoc ex diligentia & fide coniuratorum, fœcordia & incuria cauendi, vel pellēdi, potest colligere. Sic apud Nicetam, fanaticus ille Basilacius Isaacio exæcationem, & de folio deiectionem, quæ mox consecuta, prædixit g. Degebat iste vates prope Rhæstum: habebatur à vulgo propheta. Caterum (ait Nicetas) nihil veri aut perspicui de rebus futuris loquebatur, sed verba

c Tertull.  
& Origen.  
supra Aug.  
gu. lib. 2. de  
Gen. ad lit.  
cap. 17. &  
Ans supra  
Euseb. d.  
c. 40. Aug.  
de diu. ar.  
dam. cap.  
5. & 6. Da-  
mascen. l.  
2. de fid.  
cap. 4.

g Nicetas  
Chonia.  
lib. 3.



cōfusa, inter se disidētia & perplexa fundebat: & quamuis saepe ridicula quadam admiseret, tamen turbam pastorum, agriculturalium & renigum attrahebat. Nam mulierum ad se venientium mammis contractis, & talis exploratis, obscura pmebat oracula, & suas diuinationes discursationibus & insanis gestibus peragebat. Astabat ei quog, gnata anicula recordes & insana, quae consulcoribus explicabant, qd illi Basilauij gestus rerum futurarum designarent, & taciurnitatem, vt sapientē orationē, interpretabantur. As igitur homo, vt dixi, vates vulgo habebatur, & futura predicere putabatur, à mulierculis praesertim, quibus turpes quaestiones, & deformes vestiu implexiones, pro ludo & ioco, cordi erant. Cordatis vero hominibus, ineptus histrio, & verus si licernum videbatur. Erant etiam, qui eum Pythonico Spiritu esse praeditum haud obscure iudicaret: quoru ego iudicij maxime assentior. rethorice nam & oblecta illa disquisitionis, & discursationes, verbaque perplexa euncta Satanicum fanaticum fuisse contingunt. Vt & ea quae sequantur: Imperatorum n. ad se venientem, neq, vt tam a potentia praeditum excipit: neq, salutationi eius, quae erat, Salue pater Basilaui: respondit, neque tacite o nutu capitis gratias egit, sed huc atq, illuc, instar pueli equini, aut hominis furiosi salitans, accedentibus, maladixit, nec ipsi quidem Imperatori parcens, vix tandem inquietis illis agitationibus, omisit, scipione, quem manibus gestabat, imaginis Imperatoris, quae in eius oratoria cella pariet, depicta erat orat oculis erasis etiam pileu de capite illius auferre studebat. Quae cum fecisset, Imperator eo, vt deliro, despecto, discessit. Vaticinium mox euentus cōprobauit, quem poterat quiuus sagaci prudentia prauidere, cum & Alexius diligentissime in fratris perniciem tenderet, & Isacius, inop portuna securitate, omnes

A delatores arceret, atque repelleret? adeo vt velle perire videretur.

B Tertio potest diabolus certo predicere, quaeunque dependent à causis necessarijs, quae quidem ab alijs naturalibus causis nequeunt impediri, vt sunt motus caelorum, eclipfes, cōiunctiones astrorum & eiusmodi: quae vero non necessario, sed vt plurimum duntaxat eueniunt, eo quod possunt ab alijs causis naturalibus impediri, vt imbres, pluias, nimbos, tempestateque sonantes, & alia de hoc genere illa per coniecturas cognoscit & probabiliter praecidit tantum. Certo quog, potest predicere ea quae nouit se permittere Deo facturum. Sicut v.g. si Deo permitte ipse pestilentiae alicuius auctor & illator fuit, vi mali cessatura certo die, nouit pestem cessaturam idque certius adhuc, si ex pacto, ad certi signi alicubi recōditi vel conditi sublationem morbu desinet: poterit certo finē mali predicere. Sic puto Turca ille: Famagustanus, qui congregata in foro concione populi, praedixit se intra horae spacium moriturum & confestim se mortuo laem desitutum: D & factum huic demum id manifestarat, referi historiam Villa montus lib. 2. peregrin. c. 7. Item quae intellexit per reuelationē: siue illa confirmatur in sacris literis siue aliter demoni fuerint à Deo manifestata. Hoc pacto tam multa olim maligni spiritus praedixerunt de fidel arcanis, de Christi ortu & miraculis, de idololatriae euersione & similib. vt cum Hermetē ijdem Spiritus docuerunt Aegyptiorum superstitionem abolendam, a cum Appollo se cedere Hebrao puero pronunciauit, & alia quae accurate congesta à Steucho Eububino b. Haec quo ad futura.

Quarto, nihil dubitandum praeterita demonem omnia memoria tenere, quae vel

aliena



ai. na relatione accepit, vel ipso corā gestā  
fuere: tūc n. actus cognitionis cogno-  
lcentis rem vt presentē, sui speciem in  
mente dæmonis impressam reliquit.

Quinto. de presentibus res obscura non  
est, nam quecumque actu exteriorē prodita  
sunt, vt secreta furta, res perditæ, the-  
sauri olim defossi, metalla subterra-  
nea, quæ hominum cognitionem fu-  
giant, dæmonib; nota sunt, de solis cogi-  
tationib; in animo manentib; contro-  
uertitur, an eas dæmō cognoscant: Ex-  
perientia sæpe probauit illum nō esse  
mendacem indicem, sed per energum-  
enos veris infamæ iaculis confige-  
re. Scio quid Scot. Durand. Ockam  
centuerint: sed placent eōmūior senten-  
tia Alberti Magni Alexan. de Ha-  
les. D. Tho. D. Bonau. Richardi, & A-  
riminens. virtute sua naturā nullas eum  
affectiones liberat, vel cogitationes spon-  
taneas hominis, sine alicuius manifestatione,  
posse cognoscere, quia hoc Deo p̄prium  
est. Quo argumento sancti Patres Am-  
brof. & alij d. probant Christi & Spiritus  
sancti diuinitatem, excogitationū  
secretarum cognitione. Sed & Gentiles  
hoc falsi, cogitationes hæc, soli  
diuinæ naturæ perspectas, cæteros la-

tere e. Verū si cogitationes vultus vel mē-  
bri alicuius moru, aut mutatione, vel alio  
extrinseco signo prodantur: peritus & so-  
lertius, quā exercitissimi medici, e: hu-  
iusmodi dæmones indicis internas animi  
affectiones deprehendunt, vt docent Aug.  
& Cassian. f. Potest et veterator adeo ve-  
hementer phantasmatis immisistis homi-  
nem turbare, vt vix ad aliud aduertere, vel  
aliud queat tū cogitare, quam qd ab eo sug-  
gestum fuit: ita sit vt videatur diuinare quæ  
homo cogitat. hoc accidit in Albigeri-  
ana visione, de qua ex Aug. Cardanus  
gita Scot. Parmensis an. 1579. Traie-  
cti ad mosam hanc cogitationum sci-

A entiam aucupabatur. dicebat enim,  
cogitata quod voles, & cogitationem  
diuinabo. sc. dæmon importunissimā  
statim de re aliqua Mago nota immi-  
tebat cogitationem. & an. 1600. idem  
faciebat Græculus ille apud Brabā-  
tos impostor: & hac fraude eluebat  
Apollonius Tyanæus apud Philistra-  
tum lib. 1.

B Notandæ sexto circa hæc fraudes a-  
liquæ Diaboli. Nā cum est ignarus rei  
futuræ, tum, si coram prudentioribus  
& doctorib; agat, exili sono, ambigue,  
vel perplexe & obscure adeo respon-  
det, vt vix intelligatur. exēpla vetera  
suppeditant varij b; recentius vnum  
Grillandus, idemq; fieri ab eo solere  
testatur Pfellus l. de Nat. dæm. Si res ipsi  
sit cum ignatis & simplicib; fucum nō  
facile deprehēsuris, audacter, & palā  
mentitur. Causa tā ambigue respon-  
dendi est, vt quomodocunq; res acci-  
dat vel laudem cōsequatur, si pro cō-  
sultoris voto, sin contra, queat præte-  
xere ignorantiam atq; stuporem in-  
terrogantis, qui mentem responsi nō  
intellexeris. Ecce Cræso responderet.

Perdet Cræsus. Halyn transgressus, ma-  
xima regna.

D Si vicisset Cyrum hoc volebā dixif-  
set, te copias oēs hostiles depopulatu-  
rum. Vincitur Cræsus, hoc ait vole-  
bam, te amissurum regna amplissima.  
cor mentem meam nō affectus? Si-  
mile respōsum tulit Ferrantis Flādiæ  
Comitis mater, cū pro diademate car-  
cerē filius sibi infelici prælo despō-  
dit lege Gaguinum lib. 7. Histor. Franc. &  
Bernard. Girard. lib. 10. Annal. Solent in-  
terdum etiā diuina oracula ambigua  
esse, sed nō in contrarias partes, vt dæ-  
monum. v. g. illud redditum Henr. I.  
Imper. Ratisponæ, quando dormienti  
S. V Volphgan. apparuit, & dixit ad

Cicero  
de diuina.  
Iob. li. 6.  
prepar. c.  
10. Sacra.  
1. 4. Hysto.  
Ecles. c. 15  
6. 6. n. 7.  
Euseb. l.  
1. de pra-  
par. c. 1 &  
lib. 5. ca. 6.



spice diligenter characteres in muro qui est apud tumulum meum exaratos. vidit ille, nec aliud legit q̄ post sex dubium nō quid aliud q̄ sex; Sed quid illo, sex significaretur; an moriturus post sex dies, mēses, annos. itaq; quod certum & tutum amplexus, quasi post sex dies moriturus, elemosynis vacare; ijs elapsis, idē facere per semestre: ne fortē menses indicati. deniq; putāt sexennium p̄dij; toto illo se ad mortem parauit: quo elapso, sit Imperator. hoc ergo p̄dictum & non mortem intellexit. Quam utilis fuit equiuocatio ista? (tem narrat Auctor vitæ S. Volphigangi apud Sur. 31. Octobr. to. 5.) huc discrimen: diaboli oracula contrarios sensus patiuntur, & noxia sunt ambiguitatis; Dei diuersos, sed adferūt vtilitatē animæ, hoc est verū.

Septimo, sciendum, demones quā polent celeritate, quā in remotis longo intervallo interuallo regionibus geruntur, eā tam celeriter denunciare posse, vt diu ante p̄dicta ab ignaris putentur. Sic Apollonius, cum Ephesi esset, exclamauit, vt p̄sēns spectaculo, Romæ interfici Domitianum a. aliud exemplum de quodam iuvene refert Gellius b. aliud de Chariberto Animoius c. aliud sui temporis Grillandus d, pura æui huius Nicol. Remigiuse.

De his qui volet plura legat Grilland. g. 6. a. n. 3. Michael Medinam, lib. 2. de reſta in Deum fide c. 1. Binsfeldium, in rub. C. de malef. & mathemat. Notab. 10. Horozem cap. 14. lib. 1. de vera & falsa prophetia.

### QVÆSTIO III.

Quomodo dignoscatur diuinitio à prophetia & coniectatione?

Quando pactum adest expressum, nihil res debet difficultatis: in pacto tacito difficilius iudicium. Tria

in poterunt obseruari; nempe proportio rei, cognoscendæ & causæ per quam cognitio quaritur; natura quoq; quæ prædita est cognitio quæ sita; & intentio, quam habet qui quarit.

Primo, si talis sit illa proportio, vt sufficienter vnum ex alio deprehendatur nō erit diuinatoria, neq; damnanda. hæc inquisitio. Proportio autem huiusmodi triplex est, vna, qualis effectus ad suā causam, sic cognoscitur eclipſis ex cœli motu: alia qualis causæ ad suum effectum, sic ex fumo ignis cognoscitur: tertia, qualis diuersorum effectuum cum causâ communi cui vterq; effectus connectitur & sic originis ratione. etiam sibi quodammodo proportionatur; sic, quia quæ causâ est arcus cœlestis, eadem quoq; causâ est serenitatis recte serenitatem ex arcu cœlesti colligemus. Si vero ex nullo horum capitum trium queat vnum ex altero cognosci; celandi inuestigatio cum tacito demonis pacto coniuncta.

Secundo quoad ipsam cognitionem, suæ modum cognoscendi, cōsideranda Num quaratur cognitio certa & infallibilis; vel saltem firmior, q̄ par sit sperari, considerata humani arbitrii, & aliarū similium causarū concurrentium libertate, tunc pactū tacitum censebitur. Hinc vehemētissima suspicio nascitur cōtra astrologos, onirocriticos similes, qui de huiusmodi futuris contingentibus aliquid absolute asserūt, etiam si dicant, se velle id probabiliter tantum affirmare. Contra ex eodem capite excusandi astrologi, onirocriticæ, & similes: qui reuera non nisi vt probabiliter, & indefinite, circa humanos euentus, quædam conijciunt, ex impressionibus cœlestibus & corporis affectionibus, quas homines vt plurimum sua sponte sequi solent g.

Tertio

a Philof.  
in vita Apollon.  
b lib. 15.  
Noct. Astr.  
c lib. 3. An.  
nal. cap. 22  
d q. 6 n. 8.  
e lib. 3. demonolatri.  
cap. 10.

f Sixt. 5. de  
vlla con  
astrolog.  
& c.

g Caillet.  
2. 2. q. 1.  
art. 5. & c.



Tertio, attendendum, *velit ne quis serio querere cognitionem occultorū, per media ad id vana, & ex medijs istis solis, non à Deo, illam expectet. nam & tunc presumitur tacitum pactum subesse.* Ex hoc capite à superstitione diuinatoria excusabitur, 1. qui ioci tantum causa huic diuinationi vacaret, sciens eam inutilem esse: quemadmodum nemo supersticiosum iudicet eum, qui in cerebro gallinæ smaragdum, vel in simiæ tergo caudam quæreret, sciens se illic nō inuēturum. 2. qui gnarus rem ad hoc natura sua inefficacem esse, per hanc tamen, à Deo cognitionem expectaret precibus & desideriis petitam; sic in S. S. excusantur: sortes consultoriae, de furto Acham *h*, & de causa tempestatis *i*, & de Ionathā *k*, iuxta dictum sapientis *l*, *sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur*, sic etiam excusandi, qui in graui causa, & arduo negotio, cum aliud non suppetat remediū, signum à Deo petiere, ex caelo vel terra, vel doceri cupiunt, per aliquam vocem siue actionem humanam, præter intentionem dictam vel factam *m*, vt seruus Abraham: & Ionathas fecerūt *n*. Et hæc veriora sunt quā quæ nimis rigida Niderius posuit in Præcept. 1. cap. 9. lit. D. in fine.

## QVÆSTIO IV.

## Quale peccatum sit diuinationis

In prima, *illicita est, & superstitiosa, & sapientis hæresim*, quando quæritur cognitio rerum ipsi dæmoni incognitarum. *Illicita, superstitiosa & manifeste hæretica*: quando dæmoni cultus latriæ, vel dulciæ exhibetur, vel imagines vel libri baptizantur, vel pueri rebaptizantur, rerumve sacrarum abusus ac-

cedit. *Illicita tantum & non superstitiosa*, quando quæritur cognitio quæ dæmonis scire non superat o.

Secundo sciendum, quod explicitum pactum semper sit mortiferum, siue voce, siue facto dæmon inuocetur: nec inter fideles vllus videtur loc<sup>o</sup> esse ignorantioni. Alcimus Auit<sup>o</sup>, vt mittam cæteros, contra diuinationem illicitam hanc tulit sententiam verissimam, li. 2. Carmin. c. 15.

*Nec minus hos pulsat temeraria cura sciendi*

*Angit prescitus ducti quos terminus cui;*

*Cum tamen eductas inferni sedib. vmbra;*

*Colloquium miscere putent, & nota referre;*

*Spiritus erroris, qui cum bacchatur in illis;*

*Ad consulta parat vanis responsa figuris;*

*Ne vero multis dicamus singula verbis, Presenti illusus, damnabitur ille perenni*

*Iudicio, quisquis veritum cognoscere tentat.*

Sint exemplo Saul consulens Pythonissam in Endor: & vxor Ieroboami consulens Beelzebub Deum Accaronit. [1. Reg. cap. 28. & 4. Regum cap. 17.] *Natura quoque sua lethalis est Diuinationis coniuncta tantum implicita siue tacite inuocationi, seu quod idem est pacto; sed sit veniabilis, 1. propter ignorantiam; si illa tanta vt difficile vinci potuerit; hoc est nec affectata, nec nimis crassa vel supina fuerit. 2. licet materiæ leuitas ordinario nō excuset, eo q̄ hæc est vsurpatio cognitionis Deo reseruata; quæ per se admodum*

o Penna com. 67. in part. 2. di. re. Inqui. sit. de quo nos plura lib. seq.



gravis, etiam si à materia abstrahatur, tamen quando claris indiciis cōstaret animum & intentionē plane caruisse superstitione, (v. g. quia non tam cognitionem adipisci voluit, quam tali obseruatione sic se p̄ iocū oblectare) peccatum fieret veniale vanitatis; posteaque nonnunquam contingere, vt talis ioc⁹ ab omni delicto immunis esset, & adeo decenter & opportune adhiberetur, vt ad virtutem Eutrapeliæ vidretur pertinere. Sic P. Greg. Valentia a, quem in hac q. sum secut⁹.

## QVÆSTIO V.

Quotuplex sit diuinitio?

**E**X D. Augustini & D. Thomæ doctrina, b diuinationis omnis fundamentum est implicitum vel explicitum pactum cum demone. Implicitū censetur, quando quis querit, cognitionem soli Deo reseruaram, aliunde quam ex Deo, idq; medijs indebitis, h. e. à diuina prouidētia ad hoc minime institutis. Nā hoc ipso quod quis ad has vanitates & infamias fallas respicit, vult profecto à demone edoceri; qui huiusmodi curiositatū auctor est, & earum functionibus se lubentissime permiscet. *Explicitum pactum*, seu inuocatio duplex est. nā vel fit expressis & conceptis verbis, vt faciunt incantatores, qui coniurant per illicitas formulas à demone institutas; vel fit ipso facto & actione: quando quis facit illud, quod nouit demonem, pro signo seu tessera suæ opis & efficiētiæ constituisse. c

Theologi explicitas omnes (vt & Grillan. d) reducunt ad *Necromantiam*: implicitas, ad *Sortilegium* & *augurium*, nimis laxè & improprie his vocibus vtentes, quarum prelior est significatio, nec satis omnes species (quæ pene

innumera) comprehendens: de quibus iam materia & ordo me vocat sigillatim agere. Diuidam in duo quasi capita oēs quas inuenio species, priore complectar eas in quibus clare cognoscitur pactū expressum: posteriore cæteras.

## QVÆTIO VI.

De speciebus diuinationis, in quibus aperta inuocatio interuenit.

**H**uius summa quasi genera sunt duo, *Oraculum* seu *Demonomantia*, & *Mangania*. In his multa comiectatio, prophetiuncula, iuxta illud verum mendacis oraculum: πολλοὶ φροβόλοι, πολλοὶ δὲ ἕτεροι μαντικῆ ἐπιδραῖ, multi calculorum comiectores, pauci vero vaticini.

*Oracula vaticinia*, ἄνευ ἑσπερῆ, ἢ ἑσπερῆ, *Demonomantia*, hæc omnia possunt p̄ isdem sumi; nam commune omnibus est, quod iis *Theomantiam*, veram siue, *prophetiam*, Diabolus conatus fuit imitari, dando petentibus respōta vel ex antis, vel ex statuis, vel ex hominibus. Talia fuere, oracula, *Iouis Dodonæi*, quod à posteris Dodanum institutum; qui Magi fuere, & quercus cōsecrarunt, & pelues pulsari instituerūt, quæ species diuinandi diu sane viguit: item *Iouis Ammonis*, quod Hebræum vocabulum significat veracem iuxta vnam Etymologiam. nam iuxta aliam potes cum Iosepho, *sortem*, interpretari. Nam mediæ litteræ geminatio potius ad pronunciationem, quam significatum, pertinet. Græcis, ἄνευ ἑσπερῆ, hærens, Ægyptiis *Hammon Sol*, quo nihil oculatius, nihil fortius, secundū Gentiles. Item *Iouis Trophoni*, de quo extat accuratus Dialogus Nicolai Leonicieni: item *Apollinis Delphici*, *Clarij*, *Delij*, *Smynthæi*, & innumera alia; *Veneris etiam Gazensis*, paucis noti g. *Hortum* causam physicā reddi posse mul-

ti cen-

a. 2. 2. disp.  
6. 7. 12.  
b. 17. 4.

b. Aug. lib.  
2. de d. s. t.  
Christi. ca.  
22. & 23.  
D. Thom.  
d. 9. 95. art.  
2.

c. Caietan.  
d. 9. 95. art.  
3. Nauarr.  
ca. 11. Ma.  
nnal. n. 21.  
d. d. 9. 6.

c. Dial. Tro.  
phoni.  
e. P. de The.  
doretum d.  
10. d. d. d.  
Græcis.  
c. d. d. d.  
Cal. cap.  
li. de or.  
li. d. d. d.  
9. de fan.  
L. elypti.  
de d. d.  
g. d. d. d.  
in vita.



Porphyr-  
io nis Gazen  
sy Episco.  
h. Iamblic  
lib. de my  
ster. Pluta  
lib. de dese  
oraculi Po  
ponar. li. de  
meant. A  
penon. in  
scil. 30. pro  
blem. I. eni.  
Len. li. 2. de  
oculi. na 2.  
Sirenius  
sup. & alii  
i. Fernel. li.  
de nobis. re  
ram caus. 1.  
Codronc. li.  
2. de moro  
malef. c. 8.

ku de mys  
ca. 21. & 26  
B  
i. Natalis  
Comes. li. 6.  
Mythol. ca.  
10  
i. Pompon.  
de la. lib. 1.  
& Calvus  
li. 13. antiq  
ca. 33.  
i. Herod.  
Xenophon.  
Strab. Geog.  
i. libro de  
myster. A.  
678.

ti censuerunt, nō veteres tantum, sed & recentiores viri eruditi h: plerisque visum est peculiarem quādam loci illius ē terra exhalationem, quæ fanaticos efficiat adducere. Ut tūc similitudine petita ab illis quos, atra bilis exagitat: quos, inquit, nō modo sibi ignota fari solere, sed linguis etiam loqui quas, dum sani erant, nullo modo seivissent. Verū hoc, quod de linguarum locutione addunt, atra bili tamq̄ causæ efficiētī, nequit adscribi, quia dependet à consideratione. Præterea sanior, h. e. Christiana philosophia, hac in re cōsentit Psello; quem illi iniuria reprehendunt: qui Psellus, & cū eo Codronchus & Fernelius insignis medicus, censuit effectus tales adscribendos dæmoni adscribenti, vel obsidēti hominem, specum, statuasve; per accidens tantum fieri, vt dæmon hæc, quam illa loca, vbi talis nō est exhalatio, velut accommodatiora instituto suo deligat: sicut & libentius obsidet atrabiliariorū corpora. Quare quod expurgato medicamentis corpore cesset vaticinatio: hoc inde fit, quia dæmō illa corpora deserit, in quibus non inuenit amplius amicus sibi dispositiones Quod v. prisca cessarint oracula, non tam tribuendum vaporī seu exhalationi illi deficiēti, quam virtuti Saluatoris nostri Iesu; q̄ superueniēs fortior, forti armato hæc deceptionis vasa extorsit. Iamblichus, ipse sibi cōtrarius & vaticinia nec ab arte, nec à natura, nec à ratione, nec ab alia quāpiā causā manare celsuit, sed diuinit̄ tantū cōcedi, h. e. à dæmonib. Dæmon autē hæc oracula pleraq; per maleficas fundebat: tales enim fuere illa fœminæ, quæ dictæ, Dodonides columbæ, vt docuit Pausanias in Arcadic. sic dictæ; quia Theophrasti (teste Seruio in Bucoli.) tā vatici-

A natrices quam columbas, vocant, *μαλῶδες*. Tales, Gallicenæ (sic dictæ mulieres antistites Gallici numinis, in Sena Britānici maris insula) quæ magici carminis vt tempestates ciebant, seq; in quæ collibitum animalia videbantur transformare, futura prædicebāt, & sanabant q̄ aliis insanabilia m. tales Pythia, Delphis, vt ex descriptione Oraculi à plurimis n̄ tradita patet: talis, fatidica Branchidarum, quod oraculum ab Iamblichō ō descriptum. Magi etiā fuere, vates Colophonis, & Trophoni, & Seractini, de quib. Pausan. in Achaic. & Strabo, Geograph. lib. 5. legendi. Talis Francica Pythionissa, quæ Meroueuū decepit, de qua Greg. Turon. hist. Fræc. lib. 5. cap. 14. Tales oēs, Pythionici, qui & ventriloqui, dicti, & *ἐντρυφῶντες* & *ἐντρυφῶντες* (eo quod ex imo ventre vox prodire videbatur, vt explicant Origenes & alii p̄) & *ἐντρυφῶντες*, eo quod aliquando sub pectore infra cutem se dæmon ostēret, & per pectus loqui videatur (talem se vidisse scribit Cælius Rhodiginus q̄) vocantur etiam pythones, à sciscitando, *πυθῶνας*, & *δὲ θεῶν* à quodam Eurycle sic oblesso; iuxta Suidam & Aristoph. vel ab ipsō dæmone obsidente, quē Euryclen vocat Plutarch. vētriloquum nobis describit ipse Apollo apud Eusebium de demoni strat. li. 5. ex Porphyrīo mago, stuzum quendam ex Phœbi radiis descēdētē, aeris puri substridulo flatu occultatum, delinitū cantib. & infandis verbis (vides dæmonem aerium magicæ formula adiuratum descendere,) cecidisse circa caput inculpati receptoris (magi qui se ex ritu purgaret) terminum velamentorum (vires indicat quib. caput redimitur am): mollem veto implessē tunicā, assultim per ventrē erato in recur rentem, & tandem in h̄c manum

vocem,

p Origen.  
li. 7. cont. i.  
Cels. Chry-  
sost. in 1. ad  
Cor. ca. 12.  
& Oecum.  
in c. 16. a  
flor.  
q li. 8. c. 10.



voctm, per fistulam erupisse (quod am-  
biguum an de summo, an de imo gutture di-  
cat, nam illi per vtrumque loqui soliti) ver-  
sus sunt:

Ραίμα το φοβεῖνς δατοδ' ἄρρον ὑψίδου ἄ-  
γλης.  
Προῖη ἄπο λιγυρῆ κεκαλυμμένον ἠέρος ἀ-  
γυρῆ.  
Θελογέμενος μάλατοι καὶ ἀρήταις κρετο-  
σι,  
Κάππιον ἀμφὶ κέλευος ἀμαμήτοιο δα-  
χῆος  
Γεπταλιον ὑδρίων, μελακόν δ' ἐπέπλησι χι-  
τῶνα,  
Αἰβόλα δὲ λυ δαφ' γαπρὸς ἀνέου ἴμενος παλι-  
ιορρον.  
Αὐλὲ δ' ἐκ βοπέσιο φίλλω ἐτεκνώσατο Φυ-  
γῶ.

Talem fuisse Saulis Phyonissam, l. Reg. 19. testatur Flavius Iosephus li. 6. antiq. cap. 15. talis Brabantus impostor, nobilis, de quo Ioan. Brodæus li. 8. miscellan. cap. 19. Huc pertinent quibus dæmon ex arca responderet. operæ pretium puto adscribere, quod duo recentiores scriptores Germani de hac re commemorarunt: fuisse in Misnia rusticum quendam hunc domum retulisse pecuniam vesicæ suis inclusam, & scamno imposuisse: cumque alio abiisset, sus domestica, ut vorax & multorum est animal, in vesicâ incidit, & ut vidit deuorauit, Rustic⁹ rediens, quam nō inueniebat, ab vxore deposcit, negat mulier vidisse se. quid agat? adit stolidus vetulam prope degentē, quam pro veratrice habebant. iubet muliercula virum in limine dom⁹ resistere, nec à linea quam creta notarat latum abire culmum: mox ingressa cubiculum, dæmonē sciscitatur de fure, his verbis, arcam introspicies: Quidam N. pecuniam suam domum reuersus talis amisit dies, quem ais furatum? respondit

A veterator ex arca ( nouo suo tripode) sus comedit domestica. Tu tamen dicito, coniugem eius, vt cum sacerdote amasio eam abliguriret, etiam sustulisse. respondet illa rustico, quod à dæmone iusta, taceret de sue. Sed rusticus cuncta sciebat, nam nihil veritus anitè interdicitum, pedetētim ac leniter illam fuerat subsecutus, & ante ostium cubiculi substiterat, vt quid malefica moliretur, accurate per rimā obseruaret; Reuersus domū vxori & amicis cuncta narrat: ex eorum consilio suem macerat, crumenam potitur. Defert: triueneficam vt calūniatricem, & dæmonis partiarum, magistatus portentum flammis expiauit. Vocantur etiam huiusmodi, à dæmone afflati, vocantur, sanatici, etiā à Iuriscōluris, Grecis, ἰθεοι, ἰθεοσυστοι, ἰθεοσάρα, differunt ab arreptitiu & obfessis, sola vaticinatione. Ex hoc genere fuere, Orpheus, Musæus Atticus, Tyresias Solipatra apud Eunapium, in vita Aedesi. Montanistæ apud Epiphan. heres. 85. & alii apud Lactant. lib. 4. in stiru. cap. 25. Rufinum, lib. 2. Ecclesiast. histor. cap. 4. & Oecumen. ad capit. Actor. 12. & communiore consensu, Sybilla, quarum nomen non est improbabile deductum à Kibel b, recepit, acceprauit: vnde, Kabala, significat doctrinam cælitus traditione acceptam. Sane Sybillarum antiquissima Sæbethe, Noachi filia fuit. Tales etiā sunt, ἐκσάπυγοι, qui à dæmone extra se rapti, motu sensuque priuati, & mira putares interea sese adspicere, quæ futura postmodum, enunciant. Omnes huiusmodi phanatici, siue vates idolorum, ventri loqui, Ecstatici, & reliqui quos dixi, damnantur in S. Script. c. & contra hos Saul pœnam mortis sanxerat, vel potius à Moysē sancitam fuerat executus d.









Decantatore, quicquid aut placat le-  
ues.  
Aut cogit 16. umbras. irrigat sanguis 17  
focos,  
Solidasque 18. pecudes vrit, & multo  
specum 19.  
Saturat cruore. libat & 20. niueum in-  
super  
Lactis liquorem, fundit & Bacchum 21  
manu  
Laua 22. canitque rursus, 23 & terram  
intuens 24.  
Grauiore Maneis voce, & attonita 25.  
ciet.  
Ascripti notulas numerarias, vt in-  
telligatis, totidem his versib. ritualia  
exprimi, accuratissime, vt solet poeta  
iste: de quibus qui plura volet, adeat  
Aduersaria & Commentaria nostra,  
quæ iam edita superiorib. annis. Sta-  
tius tam addidit numerum araram,  
hostiarumque, & alia quædam, hoc i-  
psum Tirestis. cheium describens, co-  
piosissime, sed parum clare: addâ lucis  
aliquid adscribendo, quod illorum e-  
rat officium, qui commentarios pol-  
litici. Primo itaq; significat Tireham  
solutum huic dumtaxat diuinationi,  
neglectis aliis, vacare:  
Consulit ille Deos, non larga cade iuuen-  
cum.  
Non alacri penna, aut verum spirantib.  
exris.  
Nec tripode implicito, numerisq; sequē-  
ribus astræ.  
Thurea nec supra volante altaris  
fumo.  
Subdit solitum dumtaxat Maneis  
elicere: idq; tum facturum, pri<sup>o</sup> The-  
banum regem, qui se consuluerat, rite  
purificasse, & communiuisse, ne quid  
illi noxæ à Manib. inferretur. Sed pri-  
mus verficulus, mendosus est, & forte  
precedens aliquis intercidit.

Tam penitus dura quam mortis limite  
manes  
Elicitos potuisse referr... mox 5  
... parat ante ducem, 26 circumq; bi-  
dentum  
Visceribus, laceris, & \* odori sulfuris  
aura,  
Graminibusq; nouis, & longo murmu-  
re purgat.  
Deinde, descripta filua veteri, & te-  
nebrofa, & horrenda, & Hecatae sacra  
& spectris infesta:  
Hic senior vates. ( Stygiis accommoda  
quippe  
Terra sacris, multoque placent sola pin-  
guia tabo)  
Velleris obscuri pecudes armenta que  
sisti  
Atra mouet...  
Tum fera 27 cerulis intexit cornua ser-  
tis.  
Ipse manu 28 tractans, notaque in limi-  
ne 29 filua.  
Principio largos nouies 30 tellure ca-  
uata  
Inclinat Bacchi latices, & munera 31  
verni  
Lactis, & Acteos 32 imbres. suadumq;  
cruorem.  
Manibus aggeritur quantum 33 bibuli  
arida tellus.  
Trunca 34 dehinc memora aduoluit  
masiusque sacordos  
Tres Hecatae, 35 toridemque satis 36 A-  
cheronte nefastis  
Virginibus, iubet esse focos tibi rector 37  
Auerii,  
Quamquã infossus 38 humo superat ta-  
men agger in auras  
Pineus: hunc iuxta 39 cumulo minor a-  
ra profunda  
Erigitur Cereri: frondes, atque omne  
cypressus  
Intexit 40 plorata latus. itaq; ardua ferro

Signati



finere ali-  
cuius am-  
bustis Pra-  
libas Vir-  
go sangui-  
nem quem  
Manu bi-  
bituri Se-  
curi lute-  
ntio iste san-  
guis primus  
effundeba-  
tur quam  
diu terra  
suspenderet  
posterior  
Manium  
vires ac de-  
licia.

Signati 31 capita, & frugum libamine  
32 puro  
In vulnus cecidere greges. Tunc innuba  
43 Manto  
Exceptum pateris 44 pralibat sanguine,  
& omnes  
Ter circum 45 acta pyras, sacri de more  
parentis,  
Semineces fibras 46 & adhuc spirantia  
reddidit  
Viscera, nec rapidas moratur frondibus  
47 atris  
Subiectare faces, atque ipse sonantia 48  
flaminis  
Virgulta, & tristes crepuisse vt sensit a-  
ceruos  
Tiresias .... Cuius mox subit carmen  
Magicum prius (nam & Papinius duo  
ponit) quo inuocantur, Infernus, seu  
Tartarus, Pluto, Proserpina, Hecate,  
Tisiphone, & iubentur Cadmeę gen-  
tis Manes libere pati exire, ceteros  
manere.  
Tartarea sedes & formidabile regnum  
Mortis inexpleta, tuque o sauisime fra-  
trum:  
Cui seruire dati Manes, aeternaque fon-  
tum  
Suppliciat atque imi simulatur regia  
mundi:  
Solute pulsanti loca muta & inane se-  
uera  
Persephons, vulgusque causa sub nocte  
repositum  
Elicite, & plena redeat Styge portitor  
alno.  
Ferte simul gressus, nec simplex Manibus  
esto  
In lucem remeare modus, tu separe catu  
Elyfios Perseia pios, virgaque potenti  
Nubilus Arcas agat, contra per crimina  
functis:  
Qui plures Erebo, pluresque è sanguine  
Cadmi:

A Angue ter excusso & flagranti praevia  
taxo  
Tisiphone dux pande diem, nec lucis e-  
gentes  
Cerberus occursum capitum detorqueat  
ombras.  
Sequitur tandem secunda & minax  
incantatio, moram vate non ferente.  
Atque hic Tiresias, nondum aduentan-  
tibus vmbribus  
Testor (ait) Diuos, quibus hunc sacraui-  
mus ignem,  
Lauaq; 49 conuulso dedimus carthesia  
terra,  
Iam nequeo tolerare moram, cassusne sa-  
cerdos  
Audior? an rabido inbeat si Thessela  
cantu  
Ibitis? an Schyricis quoties armata ve-  
nenis  
Colchis agit trepido pallebunt Tartara  
moru:  
Nostri cura minor, si non attollere bu-  
stis  
Corpora, nec plenas antiquis osib; vrnas  
Egere, & mixtos Calique Erebi que sub  
vnum  
Funestare Deos libet, aut ex sanguia  
ferro  
Ora sequi aut agras funclorum carpere  
fibras.  
Ne tenues annos, nubemq; hanc frontis  
opaca  
Spernite, ne moneo, & nobis sauire sa-  
cultas.  
Scimus enim & quicquid dici, fierique  
timeris,  
Et turbare Hecaten, ni te Thymbrae ve-  
rerer:  
Et triplicis mundi summumq; quem sci-  
re nefastum est,  
Illum, sed taceo prohibet tranquilla se-  
nectus.  
Iamque ego vos auide, &c.





Ecce tibi  
Magorum  
in demonis  
iaci solitas  
minas de  
quibus dixi  
li. 2. ex Ane  
bone Aegy.  
Triplix,  
&c.) De  
magogone  
describit.

Ex his Papinii ritualia præterea, pl<sup>9</sup>  
viginti, notavi notulis: singula, p̄bare  
libri integri foret, Illud tantum addi-  
dero, patere hinc duos, *Necyomania*  
modos; vnum per sacrificiū & incan-  
tationem solā, quo utebatur *Tiresias*:  
alium *Theffalicū*, adhibitis funestio-  
ribus ritibus, ossibus, fibrifq; mortuo-  
rum, & aliis reb. plane feralibus, quæ  
Lucanus describit, *libr. 6.* agens de *Eri-  
chro* excitāte animam defuncti mili-  
tis Romani. primum itaque illic inter  
cadauera, nutans animo qd̄ caperet,  
1 *Electum tandem traiectum gurgure 2*  
*corpus*  
Ducit, & inserto laqueis feralib. 3. vnco,  
Per scopulos miserum trahitur, per sa-  
xa cadauer,  
Victorum, motusq; caui: quem tristis *E-  
richro*.  
Damnarat sacris, alta sub rupe loca-  
tur.  
Vt illic in sua specu: quam nemus  
tenebrosū magis in umbrabat, vbi  
nulla vquam à sole lux: cadauer ha-  
buit: assumpsit habitum artis suæ præ-  
ceptis congruentem.

\* pro, deco-  
lor hoc est  
ater.

\* *Discolor 4* & vario furialis cultus a-  
mictu  
Induitur, vultusque ꝑ. operitur crine so-  
luto,  
Et coma viperis substringitur horrida  
& fertis  
Tum opus aggreditur, & adhibet  
instrumenta solita, quibus corpus vi-  
nificari videatur.  
Pectora tunc primum feruenti 7. san-  
guine supplet  
Vulneribus luxata nouis, taboque me-  
dullas 8  
Abluit, & virus longe 9. Lunare mini-  
strat.  
Huc quicquid fetu genuit natura fini-  
stro

Viru.)  
Sputam  
quam vo-  
cant Luna  
de qua  
Comm. in

A  
Miscetur. non spuma canum, 10. quibus  
vnda timori est:  
Viscera non 11. lyncis, non diræ 12. nodus  
hyenæ  
Defuit, & cerui pasti serpente 13. me-  
dulla:  
Non pappim 14. retinens Euro tendente  
rudenteis  
In mediis echneis aquis, oculiq; 15. dra-  
conum,  
Quæq; 16. sonant sæta repesacta sub ali-  
te saxa:  
Non Arabum 17. volucer serpens, inna-  
taq; 18. rubris  
Aequoribus custos pretiosa vipera con-  
cha:  
Aut viuentis adhuc 19. Libyæ membra-  
na ceraste,  
Aut cinis 20. Eoæ positi phœnicis in ara.  
Quo postquam viles, & habenteis nomi-  
na pestes  
Contulit, infando 21. saturatas carmine  
frondes,  
Et, quibus os dirum 22. nascuntur. inspu-  
it, herbas  
Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa  
veneni.  
Post herbas, incantatio sequitur du-  
plex, primū vlularu (sicut Horatii Sa-  
gana) & incondito ferarū sono: deia-  
do cōcepto ac solemni Carmine. Ho-  
die quoq; murmur, verbis ꝑmittunt.  
Tunc vox Lethæos cunctis polleatior  
herbis  
Excantare Deos, confudit 23. murmura  
primum  
Dissona, & humana multum discordia  
lingue.  
Latratus habet illa canum, gemitusque  
luporum.  
Quod trepidus bubo, quod strix nocturna  
queruntur,  
Quod strident, vlulant que ferae, quod si-  
bilat anguis,

Senectus  
porro ca-  
sta que  
recedunt  
ut vnta  
magica, et  
seru libro  
commen-  
tata.

Expri-



a corrigi  
cautibus.

Exprimit, & planctus illisa a cantibus

vnde

Siluarumque sonum, fracta tonitrua  
nubes.

Tot rerum vox vna fuit: mox cetera  
cantu

Explicit A Emonio, penetratque in Tar-  
tara lingua.

Duo mox subduntur carmina, prius  
quoque (vt superiora illa Tiresia) de-  
precatiorum, posteriorum cominatio-  
rium. In deprecatorio aduocantur  
Eumenides, Styx, Chaos, Pluto,  
Mors, Eulyfij, Persephone, Hecate,  
Cerberus, Parca, & Charon: & ob-  
secratio additur, commemoratis suis  
meritis, ac cultu illis assiduo, necato-  
rum, infantium, & antropophagiarum;

Exaudite precibus, si vos satis ore nefan-  
do,

Pollutoque voco; si nunquam haec car-  
mina fibris

Humanis 24. ieiuna cano: si pectora 25.  
plena

Sape dedi, & laui calido 26. profecta ce-  
rebro:

Si quis 27. qui vestris caput, exstaque  
lancibus infans

Imposuit, victurus erat. parete pre-  
canti.

Demum, cum umbra, iam appa-  
rens, suum cadaver subire vereretur,  
ac detractaret, quod illa iusserat;

... Miratur Erichon

Has sutis lenisse moras, irataque Mor-  
ti,

Verberat immorum vino serpente 28.  
cadaver,

Perque canas terra, quas egit carmine  
29. rimas

Manibus illatrat, regnique silentia  
rumpit.

vulgo ma-  
le ligatur  
profeta.

A Idque minis illis magorum vete-  
rum, quas Porphyriusmet irrisit com-  
memoratis: quas apud alium nemi-  
nem tam diferte expressas inuenio:  
sunt autem sequentes:

Tisiphone, vocisque mea secunda Me-  
gera,

Non agitis sauis Erebi per inane flagel-  
lis

Infelicem animam: iam vos ego nomi-  
ne vero

Eliciam; \* Stygiasque canes in luce su-  
perna

Destituam per busta sequar, per funera,  
cunctis

Expellam tumulis, abigam vos omnibus  
vrbis.

Teque Deis, ad quos alio procedere vul-  
tu

Victa soles, Hecate, pallenti tabida for-  
ma

Ostendam, faciemque Erebi mutare ve-  
tabo.

Eloquar immenso, qua te sub pondere  
terra

Contineant, Ennea, dapes: quo foedere  
mestum

Regem noctis ames, qua te contagia  
passam

Noluerit reuocare Ceres. Tibi, pessime  
mundi

Arbiter, immittam ruptis Titana ca-  
uernis,

Et subito ferire die. paretis: an ille  
Compellendus erit, quo nunquam terra  
vocato

Non concussa tremet; qui Goryana cer-  
nit apertam,

Verberibusque suis trepidam castigat  
Erynnim;

Inspectata tenet vobis qui Tartara,  
cuus

Estis vos superi, Stygias qui peierat  
vndis

B

C

D

E

\* En Zo-  
roastreum  
illud: qui  
demonem  
vocat tel-  
luris ca-  
nes, vt do-  
ctum li. 4.

Hac imi-  
tatur Cl.  
Claudia-  
nus.  
Minatur  
Damogor-  
gonem quod  
imitatus  
fuit Sta-  
tius versi-  
bus ciuitatis.



Neque hæc tantum, sed postquam  
vmbra in corpus suum impulit, il-  
lam quoque adfata, eique pollicita est  
immunitatem à magicis de cætero  
cantibus.

. . . Dic (inquit Thessala) magna  
Quod iubeo mercede mihi. nam vera lo-  
cutum

Immunitatem 30. toto mundi præstabitur  
auro

Artibus Aemonys. tali tua membra se-  
pulchro,

Talibus exuram Stygio cum carmine  
siluis.

Vt nullos cantata magos exaudiat vm-  
bra.

Si tanti vixisse iterum, nec verba, nec  
herba

Audebunt longa somnum tibi soluere  
Lethes

Ame morte data. . . .

Addidit & carmen, quo 31. quicquid cõ-  
sulit, Vmbra

Scire datur.

Denique cum cadauer respondif-  
set, non potuit, sine venia Erichthus  
vmbra discedere. concedit ergo re-  
deundi facultatem.

. . . Sic postquam fata peregit.

Stat vultu maestus tacito, morremque  
reposit.

Carnibus magicis opus est, herbis que ca-  
dauer

Vt cadat, & nequeunt animam sibi red-  
dere fata.

Consumpro iam iure. se vel. 32. tum ro-  
bore multo

Exstruit illa rogum. vadit defunctus ad  
igneis.

Accensa iuuenem positum reliquit  
Erichto,

Tandem passa mori. . . .

Si mortuus mori quiret, vel arte  
Magica resuscitari, sed de vmbra, vt

A de anima locutus poeta, metaphori-  
ce vitam mortemque vsurpauit. Sunt  
autem & in his versibus triginta duæ  
notata obseruantia Magica in hæc  
specie diuinationis. Huic secunda spe-  
ciei, quatenus iniuriæ sunt in vita fun-  
ctos: vel deportati onis, vel mortis  
pœna statuta in viliores h: & postero-  
re iure, in vtri usque specie euocato-  
res à Constantino lethale supplicium  
fancitur c: Tertullianus arcanum de-  
regit d, cum docet, non vmbra de-  
functorum: sed earum loco dæmones  
apparere, dæmones operati sub obtu-  
tu animarum: item, omnem in corpo-  
ralem corporum exhibitio nem præ-  
stigias esse. Exempla dæmonum qui  
apparentes mentiti se esse animas de-  
functorum, noua & vetera Cresperus,  
lib. de odio Satanis discurs. 12. à fol. 192. in  
fine refert. Prior illa Tiresie in qua nu-  
dum simulachrum seu idolum anime  
exhibebatur, & sola perficiebatur in-  
uocatione, *σομομαδνττα*. proprie diceba-  
tur: posteriore vero, in qua Diabolus  
sæpe, cum cadauer non aderat, rotius  
humani compositi figuram simula-  
bat; v. g. cum quis Achillis habitum  
staturamque corporis videre volebat:  
ordinarie numquam sine sanguinis  
effusione ebrinebat, ideoq; Apollon.

C Tyaneus e vt se peritiorem alijs ostē-  
deret, negabat se sanguinem libasse,  
vocabatur stricte, *νενομαδνττα* siue *νενο-  
μαδνττα*, Glycas s disputans de verbo  
*κλιδονιζοδου*, scribit eam vocem quos-  
dam accipere pro obseruatione om-  
nium, alios vero pro euocatione. Nam  
*κλιδονα*, vocari Geniorum per excantatio-  
nes certas attractionem, & e sublimi dedu-  
ctionem: deducta voce à *κλιδ*, quod idem sit  
cum *κλιδ*. euoco. Idem alibi g non ob-  
scurum exemplum nobis proposuit  
Santabareni illius Pseudomonach:

D

E

D  
51 1. 8. ad-  
uersus D.  
de septem.  
Sila. 1.  
qui sepul.  
C. col.  
c. l. multa.  
C. de ma-  
les & ma-  
themat.  
à lib. de a-  
nima.

e Philo-  
lib. 4.  
part. 1.  
annal.

e part. 1.  
fol. 41.

qui



## SECTIO III.

## De Hydromantia.

**D**E hac quoq; seorsim dicam, quia nulla fecundior imposturis. Iamblichus meminit, *vd quarras*. seu diuinationis per aquam, quae traditur Andronico Imper. in pretio fuisse, hic enim cum multiplicibus, propter crudele edictum, de necandis coniuratorum propinquis, odijs ac malis se videret obsessum; ad futura per noxiorum daemonum cultum noscenda se conuertit: *seg. totum* (inqt Choniatēs p) *permisit ijs, qui futura ex aquis, quasi per caliginem conyiciunt, & imagines futurarum rerum, velut ex vmbra solarium radiorum confectantur. Ac ipse quidem ijs nocturnis sacris interesse noluit, metu fame, vt arbitror: sed illud Hagiochristophorita Stephano mandat. Is Serbo adhibito, qui ab ineunte etate talibus oraculis deditus, oculos propterea Manuēlis Imper. iussa amiserat, certo ritu percunctatur: quis post Andronicum sit imperaturus? Malus genius in aquis primas nominis Isaacij litteras exhibuit, sed ordine conuerso, Si pro Is. idque secunda respōsione addidit fore; intra exultationem crucis, atque ita plane accidit postea; intra illud tempus, iussu Isaacij Angeli, occiso Andronico. Modum illius diuinationis Nicera addit se ignorare, nec scire velle, ad fugam tamen superstitionis scire, non est vtile. Inuenio species eius vaticinas, vna fiebat per anulum de filo suspensum in aqua, & vasculi latera constitutus icibus pulsantem: alia coniectis in aquam statinam tribus lapillis, & obseruatis gyris, qui trifariam iuicem implexis, circa lapillos diffundebantur: 3. ex agitatione vatra pelagi, quam olim Siculi & Euboeenses, hodie multi nautae notant.*

E

p Nicet.  
Choniatēs  
annal. li. 2.

Hinc

qui Basilio Imperatori filium vitam functum, sic ostendisse fertur, ac si viuus adhuc foret. Effecit enim, vt specie imaginaria Constantinus eques patri, in quadam silua, obuiam fieret, quem vbi visus fuisset Imperator, & complexus, & oscularus esse, mox euanescentem ex oculis amisit. ] fefellit Imper. sed non Leonem Philosophum Iuniorē Basilij filium; qui Santabarenum, non pro sancto, sed pro venefico, vt erat, semper habuit: vsus hac Apion Grammaticus cum vmbra Homeri suscitauit, Cicerone teste 1. Tusculana, & Plinio libr. 30. cap. 2. In ea se iactat Empedocles apud Laertium & Plinium. Sacrae Scripturae, videntur hanc diuinationem vocare, diuinationem per Pythonem, h. v. sup. pates nimirum Pythonem, pro daemone ex terra profundo specu adueniente, & respondente. Periculi plena res, tum ipsi Mago, quem Diabolus interdum aufert, & vitæ aspectuique subtrahit; vt de quodam narrat Frane. Picus istum ipsis qui curiose consulunt, qui nonnunquam de mente abalienantur, & male pereunt, vt Rex quidam nostris temporibus. ] Quis etiam nescit infelicem exitum Heligabili, huic superstitioni additissimū: vtriusque consultori & consultenti. pœna mortis lege veteri instigebatur. m Non desunt, qui de his intelligant illud Regis Hymnographi: *comederunt sacrificia mortuorum, & illud Isaac or. nam requireret pro viuis à mortuis*. Hac de Necromantia sufficiant, de qua ingeniosum opus exstat Stephan. Forcatuli I. C. quo Iuris auctores Pipinianum, Africanum, Paulum, & alios introducit sua ipsomet responsa explicantes.

A

B

C

D

E

h. 1. Reg. 18  
v. 7. 8.lib. 4. de  
phant. c. 9  
KN lib. 2.  
de Dæmo-  
n. c. 2  
Xiphilin.  
in. m. vit.  
m. Den. 18.  
v. 11. iuu-  
do. Lenit  
v. 6. & 27  
v. 18.  
or. 8. v. 19



Hinc Christianorum quorundam Orientalium nota superstitio; qui quotannis mare quasi animatum baptizant. Alio longe pertinet, quod Princeps Venetorum annulo in mare iacto quotannis Adriaticum sibi despondet. Dominationis indicium non magis argumentum est. Fit in memoriam naturalis Victorie, qua duce Sebastiano, Ziano vicere filium Federici Ahenobarbi Othonem, captumque; obtulere Alexandro III. Pontifici: qui Venetias profugerat. Tum enim Ziano Pontifex anulum de manu sua detractum obtulit, dicens: *Auctoritate mea hoc annulo fretus, Oceanum tibi subyicies, & quotannis tibi posterisque, eo die, quo hanc victoriam, pro Ecclesie defensione obtinueris, despondebis mare: ut sciant omnes, maris tibi dominium concessum, quia sedis Apostolicę tuendę curam & studium fideliter suscepisti. Sic hoc tibi, quasi pignus benedictionis, & secunda sortis in futurum.* [Narrat Villamontius lib. 1. Peregrinat. suę cap. 23. Prior illo Sabellicus Decad. 1. lib. 7.] 4. ex aquę colore fuit, & imaginibus in ea apparentibus, sic tradit Varro belli Mithridatici euentum, multis versibus per significatum fuisse. Ad id olim fontes quidam fuere particulares, vnde & *παραμαρτινα*, vocata: tales ex Xenagora docet Macrobius fuisse crateras Palicorum in Sicilia: fatis in Ægypto cisterna in templo phaceno, de qua mirabilia memorat Zozimus: & ut mittam Iunonis paludem apud Laconię Epidamnum, Apollinisque Thyrci oraculum, prope Cyrneas ad Lycum, in fonte templo proximo h: videtur huc referenda Celtarum veterum, hoc est Germanorum, superstitio: qui recens natos Rheno flumini commendabant, ea mente, si spurij forent absorbendos, si

A legitimi innoxios supernaturos, iuxta illud Claudiani:

*Et quos nascentes explorat gurgire Rhenus.*

Qua de re plura diximus, *Comment. in Tragœd. Seneca.*

Quinto statuebatur cyathus aqua plenus, & verbis immurmuratis observabatur, num aqua sponte efferuescens effunderetur. Sextus modus est

B Fessanus: ibi aquam in vitreum catinum effundunt, eique olei guttulam admiscunt, & sic in aqua tanquam in speculo, mira carnere se opinantur. Septimum indicat Clemens Alexandr. cum scribit mulieres Germanas, solitas sonum, vortices, ac circumvolutiones annium notare, & inde futura predicere. Denique non

C sunt alieni ab Hydromantia, qui hodie adhuc in Italia, ad furtorum auctores detegendos, trium suspectorum nomina totidem pillulis inscribunt, & eas in aquam conijciunt: hisque multo sunt sceleratiores, qui ad hoc aqua lustrali abutuntur. Ceterum tempore S. Bernardini Senensis superant adhuc vestigia, *παραμαρτινα*.

D contemporaneus scriptor l, de Aretio agens ista prodidit: *extra mania vrbis eius fons antiquus fuit, iam olim temporibus illis, quibus idololatria regnabat, impuris demonibus dicatus. Solebant eo civēs Aretini, & alij circumquaque vicini, tanquam ad oraculum Apollinis confluere, responsa petentes ad occultas questiones suas, & morborum suorum curationes. Id vero animaduertens Bernardinus,*

E *verus Christiana religionis cultor & amator adversus hunc demonum cultum fortissime sese erexit: & primo quidem concione ad populum habita & absoluta, magnopere omnium confirmatis animis, hortatus est*

lib. 5. Saturn. c. 19. g in vita Aureliani.

h Pausa in Achar.

i Joan. Luc. 13. de Jer. Africa.

k lib. 1. Stromat.

l Titat. 4.



eos sequi se, ad demoliendam impurissimo-  
rum demonum habitationem; prorsusque  
abolendam. Mox vero arrepta securi vel  
malleo, cum populo egressus est ad fontem,  
cumq; ad sanū demonis peruenisset, primus  
ipse ictibus cepit cōtundere, eueritq; arā,  
& fontem lapidibus penitus obturauit. Fit  
mentio etiam in Concilio Antisiodo-  
tensi, tom. 2. Concilio.

## SECTIO IV.

De alijs manganiis generibus.

PRIMO loco obuia, λευκομαγνεια, de  
qua Pfellus, c. vlt. & Nicetas, d. lib. 2.  
Cedrenus ea testatur vsū Ioannem  
Magum Theopili Imper. præcepto-  
rem: Curopalates Ioannem Patriar-  
cham Iconomachum vocat, Glycas  
vero scribit, par. Annal. 2. verum Ale-  
xandri patrem, Ægypti Regem Ne-  
ctanabum, Magiæ peritissimum, hac  
cognouisse. Ægyptum in hostium vē-  
turam potestatem: hodie ea Turcæ v-  
tuntur: nam in peluim aqua plenam  
inijciunt cum varijs characteribus  
pretiosos lapides, auri argentique la-  
minas: tum responsum ex peluis fun-  
do audivit.

2. γαστρομαγνεια. hæc fiebat per phia-  
las vitreas ventricofas similiter aqua  
plenas: & inspectante puro puero, vel  
prægnante muliere: respōsi loco, cer-  
tæ figuræ, & imagines apparebant.

3. καλοπτομαγνεια, quæ rerum qua-  
sitæ figuræ in speculis exhibet po-  
litis: in vsu fuit D. Iuliano Imper. a qui  
imperium emit, de quo ista Spartia-  
nus: fuit prætereā in Iuliano hæc amentia,  
vt per Magos pleræque saceret, quibus puta-  
ret vel odium populi deliniri, vel militum  
arma compesti. Nam & quasdam non con-  
uenientes Romanis sacris hostias immola-

A uerunt; & carmina prophana incantaue-  
runt; & ea quæ ad speculum dicunt fieri, in  
quo pueri, præligatis oculis incantando, ver-  
tice respicere dicuntur, Iulianus fecit. Tunc  
que puer vidisse dicitur, & aduentum Se-  
ueri, & Iuliani decessionem. Aliud mix-  
tum Pagomantiæ refert. Pausanias b  
agens de Patris Achaia: ibi ante Cæ-  
reris ædem, fontem esse, qui à templo  
lapideo pariete secluditur. Ibi oraculū  
maxime viridicum fuisse cognoui, ex eo non  
rerum omnium, sed morborum tantum  
euentū prædicebantur Speculum (ait) renui  
suspensum funiculo demittunt, ita libran-  
tes, vt in fonte omnino non mergatur, sed  
imo ambitu summam aquam contingat.  
Exinde vbi odores adoleuerint & rite Deum  
precati fuerint, inspicunt in speculum, &  
ex eius imaginibus periturusne an victurus  
is ager sit, de qua consuluerunt, discunt.  
C Neque latius omnino huius aque diuinitio  
patet.] Sed & de Pythagora recentio-  
res memorant, solitum speculo con-  
cauo inscribere litteras humano san-  
guine temperatas, & speculum Lunæ  
opponere, sicque diuinare. c.

4. Non dissimilis præcedenti, λευ-  
κομαγνεια, nisi quod hæc in cristalli  
frustis fiat annulo inclusis, vel vaso  
lo alteris, vel etiam nudis, & in cylin-  
dram aut obelum conformatis: qui-  
bus etiam fingit se dæmon inhabitare.  
Quendam Noribergæ anno 1530.  
ferunt in cristallo thesauros vidisse, à  
dæmone ostentatos: quos cum post-  
ea quodam ante urbem loco effosso  
quæreret, adhibito familiari vno spe-  
ctatore, & iam in specu arcam vidif-  
sent, atque ad eam cubantem atrum  
canem: magus specum ingreditur ar-  
cam aperturus, canemque abacturus,  
sed Cerberi offam secum non attu-  
lerat, itaque ille cacumen speluncæ  
quassauit, & miserum ruina obruit:

b In A-  
chaia.c Calius  
lib. 9. ca. 23  
Leloyer.  
lib. 4. de  
spec.



qua & specus terra oppleta. Vir quidam: patrum memoria Graecarum litterarum Latinarumq; peritus, & fecit filioris manib. fidei mytheria contereare non praesumpserit, eruditum commentarium, in Germania, edidit, de demonum natura, cumque libello Plutarchi, de defectu oraculorum, praefixit, ex eo petita est, verbis ipsi, sequens narratio: Cōsulti aliqui, de reb. (ait) ignotis, in cristallis conspiciunt ea manifesto, de quibus questū fuit. Et postea, fuisse aiebat sibi notum vnum ex praecipua familia Norinberge. Eum quodam tempore venisse ad se, & attulisse in serico panniculo inuolutam gemmam cristallinam, figura rotundam, & dixisse: donatam sibi illam fuisse à quodam ignoto, qui se ante multos annos de hospitio compellasset, forte in forum conuertum, quemq; ipse in domum suam adduxisset, & triano habuisset secum. Fuisse autem ab illo discedente & redimquente munus hoc, ad significationem grati animi, edoctum se cristalli usum talem, si qua de re certior fieri vellet, ut promeret cristallum, & puerum marem casu iuberet aspicere, & ex eo percunctaretur, quid cernebat? Foris enim, ut de apparentibus paucis visis omnia, qua requireret, indicarentur: Atq; affirmarat hic, se nulla vniquam in re fuisse deceptum, & mirabilia de puerorum indicijs rescivisse: cum ceterorum nemo quisquam aliud, quam nitidam & puram gemmam intucendo videret. Quodam tamen tempore, cum grauida ipsius vxor puerum marem gestaret in utero, illi quoq; species in cristallo oblatas. Primo autem omnium formā viri sese exhibere solitam illo habitu, quo tum communiter vteretur. Et ita deinceps aperuisse, de quibus interrogatum esset, cetera: explicatisque cunctis, illam rursus viri figuram discivisse & euansisse reliqua. Discedentem autem eam, quā diximus, figuram viri, visam saepe vrbes perambulare, & ingredi

templa. Fuerat autem fama passim dispersa de illis indicijs, ut negantibus, aut dissimulantibus suum delictum aliquod, vulgominarentur: se relaturos de eo ad illum se in cristallo ostendentem virunculum. Quinetiam compertum est, fuisse à doctis quibusdam, de dubitationibus suis in litterarum studijs aliquādo nescio quid propositum, & in cristallo lectum. Sed his & alijs huiusmodi compluribus commemoratis dixit Spenglerus, tunc aliquādo ad se venisse cum tali oratione: arbitrari se tempus esse, ut à cristalli tali vsu tandem abstineret. Nam & sibi iam persuasum, eo ipso non leuiter peccari, & animi perturbati cruciatus grauissimos, se diu sano perpeffum esse: itaque se decreuisse deinceps nihil cum illo experimento velle negotij habere: & tradere nunc ipsi quod accepisset, de quo meminisse posset, quid ei saepe demonstrasset, neq; nesciret quorumores in ciuitate perturbuissent. Permittere autem, ut faceret de eo quod collibisset. Tum Spenglerus collaudato eo, accepisse se aiebat cristallum, & in minutissimas partes contudisse, & vna cum serico inuolacro in lacrimam abiicisse. Bene profecto bene, nec aptius potuit, vnam hie omnes hæc & similia superstitionis arma abolere. Nec veredum quidquam est cuiquam, nec forte se demō vlciscatur, impune hoc omnibus, qui cum fide fecere. Burdigale aduocatus quidam paterdium habebat in phiala vitrea: eo mortuo hæredes nec phialam retinere volebant, nec frangere audebant: consilium petunt, audire Colleg. Iesu, patres iussere phialam deferri ad se; coram ipsis se terra illisuros, attulere, sed orarunt ne coram ipsis frangerent: immania se metuere visa recedentibus ergo illis, in accensum tum forte elibanum magna vi phialā coniecere, & nihil aliud, quam ex vtriusque elementi conflictu bre-

nem



nem fridorem audiuere. Mihi ipsi, cum ann. 1578. iudicis adhuc minsterium obirem, inter rei cuiusdam Licentiatii annotatas à fisco chartas: preter libellum Magicis plenum characteribus, oblata simul capsula, sandapila more efformata, & in ea viticulus mandragoreus, ater & situ pædoreq; oblitus, largo capillitio, sed imberbis: hunc, vulgo putant, ad diuinationes, lucra, & alia multa mire efficacem: accepi librum, capsulam, & fictitium cadauer, hoc est primum laceraui abruptis auulsiq; brachijs. dictabant, qui aderant, magnum mihi & domui periculū imminere: nisi & abire, qui metuerent, iussi: abeuntibus, in focum, qui aderat, cōieci: nec aliud quam vsta radicis, nidorem percepi.

5. Loco succedit, *νεκρομαντεια*, quæ diuinat annulis ad certā cœli posituram constructis vel incantatis, & super tripodem ad certa verba motis: descripsit Ammianus libro 29. cuius verba dabimus. scilicet. 7. vel annulis incantatis, qualis fuit annulus Gygis, quo (teste Herodote) fretus Candauem interemis, tales duo illi Phocensium tyranni, de quo Clemes Stromateus: qui sonitu sponte edito eum commonebāt de commodo rerum gerendarum tempore: qui tamē infidias conspirantium sic euadere nequint: fuit huiusmodi annul<sup>o</sup> exi-

6. titio cuidam Hieronymo Cancellario Mediolanensi: vt & alteri, qui cū eum in ignem proiecisset, sed mente non bona, statim à dæmone correptus, & in furorem actus fuit. Princeps quidam, hoc auro, alium emerat aureis viginti: promiserat venditor, semper, dum gestaret, alex, & chartarum lufum fore lucrosū. it, ludit primo, cedit non infelicitè: redit ad fritillum

A sed magna cum nummorum iactura. Sic se delusum videns, quem emi non oportuerat, annulum cōfringi iussit.

6. Occurrit, *δωπεδωσι* sine, *ωνυχοδωσι*, in hac oleo ac fuligine impolluti pueri vngue illinebant, & vngue solem versus obuerso, certum quod submurmurātes, videbant, quæ cupierāt. Hodie vterius progressum malum. Queuedum quendam Veteranū militem Hispanum noui, bello & armis, quam pietate clariore; qui, quo tempore Dux Medinæ Cœli ex Gallacia soluebat, Belgium petens: Bruxellis. non vni in vngue suo classē ē portu Corunnæ soluentem, & paulo post procellis vehementer afflictam, velut in speculo clare ostendebat. Hic ille, qui vulnera quoque solis verbis sanabat aliorum; sua sic sanare ipse, vel aliis sananda permittere, detrahebat.

7. Quidam putant esse *αερομαντεια*, illam Aristophanicam, in Nubibus. Sed ista, si tonitru, fulmen, oïcines, & alia similia considerat, pertinet ad augurium; si planetarum aspectus scilicet aduersosq;, ad astrologiam: si quædam aereorum spectrorum insolita visa, vt equitum, &c. ad *νεκρομαντεια*, referenda. Sola huc spectat, quæ ex aere coniurato dabit oracula, de qua Pictorius, de Magia. c. 10. Cardani Aëromantia de qua ibi agit, potius Hydromantia dicenda est.

8. Dici potest, *παρμακεια*, quæ vtuntur incantatores, *εμδα*, qui diuinant freti solo demonis commercio: præter incantationem nihil adhibentes: vt Falsæ faciunt quædam muliercula tribades *α*: & nonnullæ Egyptiæ siue Singalæ, de quibus postea, totam Europam percurfantes, & in Byzantino foro Turcæ, & olim: in Apulei asino, quidam Diophanes.

a Vido. 10.  
Leonem in  
descrip.  
Africæ. 3.



b Theocri-  
to, Lucian.  
no, Polluc.

9. Est, *νοοκισμαδρινα*; quæ vsurpata veteribus (vnde & Adag. *cribro diuinare*) cribrum imponebatur forcipi, forcipem binis digitis comprehendebant & eleuabant, & præmissis conceptis, subiiciebāt nomina eorum, de quibus suspicabantur eos furtum; vel aliud occultum erimen patrasse: reum vero iudicabant illum; quo nominato, cribrum tremebat, nutabat, mouebatur, vel cōuertebatur. quasi qui digitis forcipem tenebat, arbitrato suo cribrum mouere non potuerit. Quod formulam Pictorius pponit verborū pronunciantorum, fecit inconsulte: quæ sit vsus ter, & quod euentum certum prædicet, fecit impie, & mentitur pollicendo. Ad hanc reducit vir doctus Horoscus li. 2. de vera & falsa prophetia modum furti concipiendi (h. probandi) per lancē & licium: nēpe lancē lineis funiculis illigatā, & cum murmurē rotatā, ex lege XII. tabular. cum lege d. li. 2. c. 6. quod sane verisimilius quam quod post Zarium Alpinum Franc. Balouinus in li. 57. XII. tabular. & cum eo Ziracu. ad Alexan. Genial. diet. lib. 6. c. 10. Scripsit de *μυρταριου* prætextu religionis furantibus.

10. Ad eundem vsum erat, *αεροκισμαδρινα*: qua secus in rotundo infigebant palo, & ex eius motu furem deprehendebant. Quando autem successus futuri diuinatio petebatur, tunc gagatem lapidem securi imponebant, vt Plinius refert lib. 36. c. 16. Hic similis diuinatio militaris per scutum tincta *αεροκισμαδρινα* habes apud Suidam ex Aristophane.

11. Erat, *νεφουλαδρινα*: faciebatur affini capite super prunas affo. Germanis præscis in vsu fuisse volunt. Longobardi postea vsi capite caprino, cui diuinum honorem habebant. c. Vehe-

c Gregor.  
h 7 epist. 7  
Ep in Dia-  
log. lib. 3. c.  
26. Ep 28.  
Ep hom. 1.

menter suspicor prius illud de Arcadico pecore genus olim ab improbis Iudæis interdum Diuinationi impensum, hincq; factum vt Apion; & reliqui Ægyptij, & illos secutus Tacitus, calumniarentur, eos pro Deo caput asininum coluisse.

12. *αεροκισμαδρινα*, per clauem; cui circumdabant chartulam inscriptam nomen suspecti: deinde clauem alligabant sacra scriptura codici, hunc virgo sustentabat; & verbis certis murmuratis chartula ad nomen criminosi vertebatur, mouebaturque.

13. Sic quod Germanus quidam I. C. his verbis tradidit: *ex oculo quoq; excusso, hodie fur cognoscitur.* Primum legitur Psalmi cum Letania. deinde formidabilis subsequitur oratio ad Deum patrem & Christum; item exorcismus in furem, hinc in medio ad oculi similitudinem vestigio, figura circularis nominibus barbaris notata, figitur clauus aneus triangularis, conditionibus certis cōsecratus, incutiturq; malleo cypresino: & dicitur, *Iustus es Domine, &c. tum fur proderit.* Rostochij quidam pecuniam in quodam loco sepeluit. Cum autem eam postea inuenire tam cito non potuisset, fabrum conuenit, ab eoq; petijt vt oculus furi excideret.

Quo pacto statim ipse Dominus, qui fabri Diabolica opera vsus est, oculum amisit. Nonne lector optime, iusto Dei iudicio iste incidit in foueam quæ fecit, & merito pertulit, quod tam iniuste, per artem pessimam, malum alteri moliebat: subdit, *Gustronij quidam cochleum argenteum amiserat: cum autem furem ex oculo quoq; excusso cognoscere cuperet, fabrum adijt ab eoque petijt, vt sua arte magica furem oculo priuaret, quod & factum est, & statim filiolus illius, qui cochleum in quendam angulum coniecerat, oculum amisit.* Sed & aliud diuinationis diabolicæ gen<sup>o</sup> reperio in

Indorum

Indorum



In dorum historiis, in iis quæ de Flori- A  
densium reb. gestis agunt. aspidomā-  
tiam vocare possum. Narrant sequē-  
tia de Rege Holata Outina, eum exer-  
citu sublittere iussō, senem magū cen-  
tum & viginti annos superantem ad-  
uocasse, & quo in statu res hostiū fo-  
rent pronunciare iussisse. Tum magus  
locum in medio exercitu parauit, & conspe-  
cto Ottignij, quod puer eius gestabat scuto,  
petere illud iubet: impetratum illud collo-  
cat, orbe quinque pedum diametri circum- B  
illud ducto, additis quibusdam characteri-  
bus & notis: tum in scutum genibus flexis  
pedum caleaneis infedit, sic ut nulla parte  
humanum tāgeret: & nescio quid submur-  
murans varios gestus exprimebat, tanquam  
invehementem aliquam orationem incū-  
beret: qua ad quadrantem horæ producta,  
illico tam horrendus apparuit, ut humanā  
effigiem amplius non exprimeret. nam ita C  
omnes artus contorquebat, ut ossa dissolui  
exaudirentur, demumque præter naturā mul-  
ta faciebat. His peractis momento in pristi-  
num statum redijt, lassus tamen admodum  
& quasi attonitus: deinde circulo egressus  
Regem salutauit, ipsique indicauit ho-  
stium numerum, & quo loco illum exspe-  
ctarent.]

Claudat seriem Salisberienſis, lib. D  
de nugis curialium c. II. scribens: ima-  
ginarij sunt, qui imagines quas faciunt,  
quasi in possessionem præſidentium spiri-  
tuum mittunt, ut ab eis de rebus dubiis do-  
ceantur: hos idololatrias esse & scriptura  
conuincit, & diuino maiestatis iudicio con-  
demnandos.]

In his omnibus verba magica solēt E  
interuenire, ideo dubitari ne-  
quit, quin ad hanc quæſtio-  
nem pertineant.

## QVÆSTIO VII.

De mangania speciebus in quibus vel non  
est explicitum pactum, vel latens  
admodum est.

HÆc implicitam habentia pactio-  
nem reuocari possunt ad tria ca-  
pita, Ariolationem siue Haruspicinam,  
Augurium & Sortes. de quibus nunc vi-  
dendum.

## SECTIO I.

De Haruspicina siue Ariolatione.

Ariolatio latissima significatio-  
nem: sed hic eā strictè sumo, ut Isido-  
rus, cum scribit: Arioli vocati propterea  
quod circa aras idolorum nefarias preces e-  
mittunt, & funesta sacrificia offerunt, usq;  
celebritatibus demonum responsa accipiūt  
a.] quibus verbis describit solam di-  
uinationem explicitam, quæ ad ora-  
cula refertur. hoc placuit etiā Raba-  
nob & Gratiano Iuoni, & Burchardo,  
qui in Decretum suum id retulerunt.  
Haruspicinam idem Isidorus vult dictā  
ab obseruadis horis, melius alii, à ve-  
teri vocabulo Haruga, quod (teste Do-  
nato) hostiam significabat. Ego nunc  
vtrumq; nomen media quadā & mo-  
dica latitudine vsurpo, pro tota ispozi-  
tia veterum, siue disciplina diuinandi  
in sacrificiis Gentilium solita seruari:  
quare olim semper puto in his inter-  
uenisse idololatriam expressam, nō tñ  
semper pactum explicitum: hodie fie-  
ri potest, ut neutrum interueniat.

Haruspicum seu Gazarenorum (sic  
enim vocatos docet D. Hieronym. in  
Esa. ca. 37.) prima diuinatione erat ex vi-  
uæ adhuc victimæ obseruatione, dum  
producebatur, dum ad arā fistebatur,  
dum attectabatur. dum vinum ei in-

ali. 8 Ety-  
mol. cap. 9.  
b l de ma-  
gar. prestig.  
c. 1. 2. 6. 7. 3.



fundebatur. possumus vocare victi-  
 mariam, *h. ex lib. de reg. l. 1. c. 1.* quæ om-  
 nia, si quis volet exemplis confirmata,  
 is adeat Barn. Briffonii, crudeli certe  
 & indigna morte absupti viri. *Formu-  
 larum li. 1.* quædam etiam nos olim in  
 Seneca Oedip. delibauimus, ad illa:  
 Appellite aris candidum 1. tergo bouem  
 Curuoque nunquam 2. colla depressum  
 ingo.  
 Opima 3. sanctas victima ante aras 4.  
 feteris.  
 . . . Huc propere 5. admoue  
 Et spargè 6. salsa colla taurorum mo-  
 la.  
 Placidone vultu sacra, 7. & admotas  
 manus  
 Patiuntur? . . . . .  
 Vnone terram ac vulnere afflicti pe-  
 tunt?  
 Vtrum citatus 9. vulnere angusto mi-  
 cat.  
 An lentas alias irrigat plagas cruor?  
 Secunda vero fuit extispicina, qua mo-  
 tum & singula mactate hostiæ mem-  
 bra rimabantur, iecur maxime, vnde  
 Græcis dicta *πυλογοποντία*, hanc vbertim  
 rident Luctanus *b.* & Arnobius *c.*, de-  
 scribit noster ille eadem tragædia.  
 Ede certas viscerum nobis notas.  
 M A N. Genitor, quid hoc est? non i. leui  
 motu, vt solent,  
 Agitata trepidant exta, sed totas ma-  
 nus  
 Quatiunt, nouisque profilit 2. venis  
 cruor,  
 Cor marcet egrum 3. penitus, ac mersum  
 4. latet,  
 Lientque 5. venæ, magna pars 6. fibris  
 abest,  
 Et felle nigro 7. tabidum 8. spumat iecur.  
 Ac semper omen vnico imperio gra-  
 ue,

A En capita 9. paribus bina confurgunt  
 toris:  
 Sed vtrumque casum 10. tenuis abscondit  
 caput  
 Membrana, latebram rebus occultis ne-  
 gans.  
 Hostile 11. valido robore insurgit latus,  
 Septemque venas tendit: has omnes re-  
 tro  
 Prohibens reuerti limes 13. obliquus se-  
 cat,  
 Mutatus 14. ordo est: sede nil propria ia-  
 cet,  
 Sed acta retro cuncta. & c.  
 Fuit autem nō quorumuis, sed cer-  
 torum animalium inspectio. Iuuenal.  
 Sat. 6.  
 Spondet amatorem tenerum, vel diuitis  
 orbi  
 Testamentum ingens, calida pulmone  
 columba  
 Tractato Armenius, vel Comagenus ha-  
 ruspex:  
 Pectora pullorum rimatur, & extracate-  
 telli,  
 Interdum pueri. . . . .  
 Sed exfecti matri viuēti, vt ex nefari-  
 rijs Iulia. A postatæ magicis docemur.  
 Tertia est *πυλογοποντία* & *πυλογοποντία* in  
 hac aliquādo pix trita in ignem spar-  
 gebatur, aliquādo tæda pice illita ac-  
 cēdebatur, & certis characterib. signa-  
 bantur, & si flamma tædarum in vnū  
 coibat, prosperum: si lambēs & diuisa  
 comparebat, infelicem, si tricuspis af-  
 surgebat, gloriosum euentum: si varie  
 dispersa, in agro mortē, in sano mor-  
 bum: si crepitās, infortunium: si subi-  
 to extincta, ingēs periculum omina-  
 bantur. aliquando hostiam in ignem  
 coniciebant & dumtaxat considera-  
 batur flamma ignis victimati, vtrū in  
 vnā coitet pyramidem, quod pro-  
 sperūan vero diuideretur, quod ad-  
 uersum.

b lib de sa-  
 crific.  
 c l. contr.  
 gent.



uerfum. quis ignis color, splendor, ascensus, strepitus: an cito victimam comprehēderet, an exstingueretur & similia, quidam putant auctorem huius fuisse Amphiarum, alii Argonautas alios: apud Romanos vltā Tanaiquil, teste Valerio Maximo d. de hac idem Tragicus.

T I R. Quid flamma: largas iamne 1. comprehendit dapes?

M A N. Subito refulsit lumen 2. subito occidit.

T I R. Vtrumne clarus ignis 3. & nitidus fletit,

Rectusque purum verticem 4. caelo tulit,

Et summam 5. in auras susus explicuit comam?

An latera 6. circum serpit incertus via,

Et fluctuante 7. turbidus fumo labat?

M A N. Non vna facies 8. mobilis flammae fuit:

Imbrifera quales implicat varios sibi

Iris colores: parte qua magna poli

Curuata picto nunciat nimbos sinu.

Quis desit illi, quisve sit dubites color:

Cerulea fuluis mixta oberrauit notis,

Sanguinea rursus vltimum in tenebras abit:

Sed ecce pugnae ignis in 9. partes duas

Discedit. . . . .

Immugit aris 10. ignis, & 11. trepidant foci.

Vtuntur hodie Lituani: nam ægris si umbra corpore igni opposito, aduersa cadat: certā spem recuperandæ valetudinis cōcipiat: sin a tera ceciderit: conclamant, & pro deposito ægrum

habente. An ab hoc vitio immunes Germani? qui in succensione pirarū, quas pie in honorē B. Ioan. accendūt, veteri idololatria Chaldæorum & Ægyptiorum in sacrum morem cōmutata: peccant dum ad crepitum, fumū, flammā modum & similia attendunt: item quia definitis vicibus circumire vel transiliri debere putāt. sunt enim ista, vt recte censuit VVimpina f. reliqua veteris paganicæ lustrationis & traductionis per ignem, quā ex sacris litteris Patres confutarunt. Glycas ex Theodoro hoc docuit, ne multos cōgeram a. Quinetiā (ait) liberos suos per ignem traiecit. Quid autem istud verbum sibi, quaso vult? Iosephus tradit Achazum quendam suorum filiorum Baali solido sacrificio concremasse. Verum Theodoritus aliter sentit: arbitratur, inquit, hisce verbis significari speciem quendam erroris, qui ad nostra vsque tempora durauit. Videmus enim semel in anno rogos accēdi, quibus immiciantur pueri quidam & viri. Quinetiam infantes ab ipsis matribus per flammam transportantur. quæ res videtur esse quasi quædam auerruncatio & lustratio] Sic Glycas.

Quarta est nubila ~~quæ~~ fumum obseruat, eaque duplex b. nam vel grana sesamivēl papaueris nigri in ar-

dentes prunas iaciebant, & inde surgentem fumum notabāt: vel sine huiusmodi granis, solum obseruabāt sacrificii fumum, & interdum fumū rogi. Hūc pertinet illud Nafonis in Ibius, de rogo Polynicis & E. heōclis,

Et noua fraterno veniet concordia fumo,  
Quam vetus accensa separat in 2. pyra.

De fumo illud Papinii est lib. 10. Thebaid. vbi postquam pyromantatio

c. Ambrosias li. 3. de nat.

f. de diuin. c. 2.

a. 2. annal. fol. 269.

b. Carda. li. de vera sapient.



Tirelia descriperat, addit eum ore fumum fatidicum hausisse.

Ille coronatos iam dudum amplectitur ignes,

Fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.

Vapor enim iste fumus est. nā quis credat flammam hausisse Tireliam, & superuixisse: Vfos etiā Capnomantia Iudaeos & considerasse an fumus, qui ex victimarum sacrificio ascendeat, rectus ascenderet, an in obliquū vergeret, docet Theophrastus in Osee ca. 4. Pictorius libr. de Magia, cap. 11. quosdam Papinū versus de morte Menecei huc retulit, qui peripicue ad Pyromantiam pertinent. Nō aliam speciem, sed genus quoddam ipsius Capnomantiae putarim fuisse Thurisumiam illam in qua ex fumo thuris adoliti diuinabant. Statius,

Thurea nec suam volitante altaria fumo.

Hoc verum de ista: sed alia longe, de qua Dion.

Quinta est proprie dicta καύματα quā proponit Dionysius Cassius e agē de Nymphæo prope Apolloniam, ibi & oraculum (inquit) editur, idque hoc modo. Thure accepto, precibusque eius revergo, quam volūt factis, ipsum thurū, ut secum eas preces deferat, ad ignem proiciunt: tum si ratum sit futurum votum, ab igni thurū est vestigio corrumpitur: ac si thurū extra ignem sorte deciderit, accurrens ignis id abripit & consumit: sin irritum erit votum, neque accipitur ab igni thurū, & si in ipsam flammam coniciatur, recedit ab ea, atque effugit: ita in utramque partem ignis futura prædicat: morte nuptusque exceptis. de his enim non licet cuiquam oraculum illud consulere.]

Sexta est καύματα sive καύματα qua diuinabant olim ex cineribus

sacrificiorum videtur hoc factum in ara Apollinis Iſmenii, & ideo Sophocles in Oed. Tyr. vocasse cinerem diuinatorium, καύματα καύματα fortassis tale quid etiam obseruādum in cinere Alphæi, quem idcirco Moschus vocauit, καύματα ubi ex Pausania docui quondam d. per καύματα significari καύματα, per puluere cineres sicut & in Herc. Oetæ fumitur.

Et cineres patrio puluere sordidos.

Hodie viget quoddam superstitionis huius vestigiū, cum res, de qua diuinādum, digito bacilloue cineri inscribitur, & cinis aeri puro permittitur, & attenditur ad litteras quæ in cinere agitato apparent. Itē cum iubent aliquē tres personas cogitare quibuscum matrimonium optet, vel speret contrahere, tum tres ducunt sulcos in cinere, ille autē iubetur singulis personis suū sulcum deligere, tū auertus stare ne sulcos videat, quos inter ea alter tam diu forcipe ostēdit, donec eorum vnus ab illo ter deligatur, & quā ille sulcus destinabat, ea spōdetur ipsi vxor futura, posset hoc vltimū ad sortem diuinatoriam reduci.

Septima est καύματα & καύματα qua considerabant colorem vtriusque laticis in sacrificio. fusi Æneid. 4.

Vidit thuricremis cum dona imponeret aris

(Horrendum dictū) latices nigrescere factos

Fusaque in obscenum se vertere vino cruorem.

Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.

Ariolationem ergo hic alii agnoscunt, ego potius diras, seu omē, vti illis Thyestæ,

Verna capiti fluxere rosæ,

Pingui madidus crinis amomo,

c. l. 47 h. f. August.

in Adam  
fa. ad Sen.  
Medi. v.  
81.

Inter



Inter subito stetit horrores:  
Imber vultu nolente cadit:  
Venit in medias voces gemitus,  
Sed vagus intra  
Terror oberrat.

Item,

Sed quid hoc? non vult manus  
Parere: crescit pondus. & dextram gra-  
nat.  
Admotus ipsis Bacchus à labris fu-  
git,  
Circaq; rictus ore decepto effluit.  
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo.  
Vix lucet ignis.

Omnia tamen diuinationis sunt, sed  
sub augurijs comprehensæ seu auspi-  
ciji, de quib. sect. seq. Persis diuinationem  
ex vino tribuit Alex. Neapolit.  
lib. 5. cap. 13.

Octava forma ducitur ab edulibus  
varijs, vt *κρομαίνεα* & *ἀλευρομαίνεα*, &  
*ἀλφομαίνεα*. De hac ita Theod. Bal-  
sam. in 5. Syn. qua in Trullo, Mulieres qua-  
dam (inquit) cum ordeo ea, qua ab alijs i-  
gnorantur, enunciant. he dicuntur *κρομαίνεα*  
qua Ecclesijs & sanctis imaginibus assiden-  
tes, & se ex ijs futura discere predicantes,  
non secus ac Pythonissa futura predicant.  
Alia posset videri ab Horatio signifi-  
cata lib. 1. ep. ad Fuscum.

Vtique sacerdotis fugitiuus liba recu-  
so.

Nam in m. l. vetusto S. Laurentij  
Leodiensis eo loco adnotatum: Cum in  
feruo suspicio furti habetur, ad sacerdotem  
duuntur, qui crustam panis carmine infe-  
ctam, dat singulis. qua cum haerit gutturi,  
manifesti furti reum asserit. Sic ibi legi-  
tur, quod non tam explicando carmi-  
ni, quam notandæ superstitionis priscae

A causa volui adscribere. In Antifiodoré-  
si concilio can. 4. sic legitur: Non licet  
fortilegos, vel auguria respicere, nec ad cha-  
racteres, nec ad sortes, quas sanctorum vo-  
cant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt  
aspicere, sed quaecumque homo facere  
vult omnia in nomine Domini faciat. ] I-  
tem aliam puto quæ in sacrificijs, (quæ  
Theocrit. describit in Pharmaceui.) ob-  
seruabat molas & libamenta, & præci-  
pue triticum, hordeum, far & ex eo to-  
sto fresoque factam farinam, & ea mox  
subsecutam Victimæ consperionem.  
Seneca:

Et sparge salsa colla taurorum mo-  
la:

qua de re ex Dionys. Halycarnass. Sui-  
da, & alijs, multa ibi. in Comment. no-  
taui *κρομαίνεα* perficiebatur caseo,  
*κρομαίνεα* piscibus, quæ antiquissi-  
ma. nam vsi illa Polydamas bello Tro-  
iano, & Tiresias Thebanus: apud Ly-  
cios à piscibus viuis non vno loco pete-  
batur, sed in Dina fossa, & in fonte A-  
pollinis apud Miras, & apud Syrrhum  
vicum *κρομαίνεα* seu *κρομαίνεα* ex signis  
quæ in ouis apparebant, qua Orpheum  
vlum vult Suidas: de eadem nonnulla  
Leonibus lib. 3. var. histor. capite decimo  
tertio. huc referenda præstigiola illius  
nuperi imposturis scedulam in ignem  
coniectam, in quoduis allatorum o-  
uorum illæsam ostentantis. Huc non  
est referenda superstitiosa expiatio I-  
liacorum per oua, de qua Iuuenal.  
sat. 6.

C  
D  
E

Nona est *κρομαίνεα*, qua vtuntur  
hodie quoque Turcæ: cum ceram li-  
quant & aquæ guttatim instillant. &  
figuras inde ortas obleruant. Alsatica  
vetulæ aliud genus commentæ: cum  
aliquis ægrotat tot cereos æqualis pon-  
deris incendunt, quot Sanctos morbi  
inmissores autumant, & cuique cereo  
suum sanctum appropriant, cuius cereus

d in Oed  
v. 334. &  
335.

æ Cælius l.  
7. ca. 29.  
& Plin. l. 9.  
c. 16. & l.  
32. ca. 2.  
Plut. l. de  
indust. a-  
nimal.



primus consumptus fuerit, eum morbi pronunciant autorem, læloremque.

*Decima ἀβροπικάντεια*, quæ rimabatur hominum mactatorum fibras ac viscera. Vfus ea Heliogabalus, monstrum non homo: vfus etiam Iulianus Apostata, qui grauidarum alios exfecabat. *a*, vt Anciochiæ & Carris deprehensum: vfus & teste Ammiano li. 29. quidam Pollentianus, vsæ & Arlunæ Scythicæ, vt est lib. 1. Annal. Boior. à quibus id accepere Tartari, de quibus narrat Cromerus lib. 8. *histor. Polon.* vsi & Lusitani veteres apud Strabonem li. 3. Hæc ad *exstispicinam* commode reducitur: vt & ad hanc, sacrificium filiorum in Topheth, vbi igne absumebantur in honorem Molochi in Sacra scriptura b.

*b* 4. Reg. 26. v. 6. B. 2c. 20v. 31

*Vndecima* fuit *δαφνομάτεια*, ex lauri rami combustione. prosperum signum, si obstreperet cum fragore, infelix, si iuxta Propertium, taceret *extincto laurus adusta foco*. de hac multa, & ita, vt nescias quis à quo accepert, Parrhasius ac Rhodiginus varicinantur autem præmansis lauri folijs, testibus Lycophro, & Hesiodo, vnde laurus dicta Symbolum diuinationis, Constantino in *Geopon.* & Aptonio, in *Progymn.*

*c* Jan. Paul. in Claudii l. 2. de serp. Cælius Rhod. li. 5. antiq. c. 7. d. anti. lect. ca. 29

*Duodecima* potest esse *βολανομάτεια*, cum ex verbenæ, lunariæ, saluiæ, myricæ, ficus, & aliorum simplicium folijs ramulifue, consignatis nomine quærentium & quæstione, cognitio futuri petebatur. caue cum his confundas Sibyllæ folia apud Maronem, in his enim non quæstio, sed oraculi cæmen erat inscriptum. *συχρομάτεια* ficus folia postulabat. De diuinatione per tamaricem seu myricam, ex Nicandri Scholiaste, sic Cælius Rhodiginus d. Apollo *myrica* vates sanxit pronunciare mor-

*A* talibus futura, propterea insignem fruticem hunc Nicander *μάττειν* vocat, id est, vatem. Quin & magi item Scythia myricino vaticinantur ligno. Sed et in Lesbo Apollo myricæ ramum tenet: qua ratione Myricæus quoque est cognominatus. Et Archæus prodit quandoque in somnia visum Deum illum myricæ ramo decorum. Et Metrodorus refert antiquissimam esse plantam myricam: nam Aegyptij in Iouis pœpa coronantur myricæ, id est tamarice, vt interpretatur Dioscorides: sicut apud Medos Magi.]

*B* *Decima tertia* *ὀμφαλομάτεια*, obstetricum propria: quæ per nodulos umbilico & secundinis adherentes coniungunt, quoties puerpera sit, postmodum paritura.

*Decima quarta* nouitia quoque est, ex eadem obstetricia schola, superstitio, *ἀμνιομάτεια*. Fœtus maternus in utero materno tribus membranis inuoluitur: quarum prima dicitur *χρόσιον* seu secundinæ: alia vero à farciminis forma *ἀλαβίδες* tertia à mollice *ἀμνιο*. hæc duæ posteriores aliquando cum factu sic erumpunt, vt facies ac caput infantis quasi galeatum appareat: Vulgus Belgicum vocant galeam (*den helm*) hæc membrana cognomen tribuit Imper. Diadumeno, & caudici Romani multa pecunia inuolucrum istud emebant, se illo ad causæ victoriam iuuari multum arbitantes e. Ex huius tegminis colore rubicundo, vel liuido, fortunam infantis, anicula ariolantur. hæc *ἀμνιομάτεια*, de cuius vanitate legendus Leunius Zircæus f. Sed & Iouius, ne quid superstitionis omitteret, nimis huiusmodi vanitatibus, pro Episcopo, deditus, in Ferdinandi Daualli natiuitate (*lib. 1. Piscarij*) huiusmodi pelle inuolutum ex utero prodijisse considerauit.

*Decima quinta* est æque ridicula di-

uina-

*e* Lampit. in via Diadumeni.

*f* l. 1. de occult. nat. mira. c. 8.

*g* Moses Samsonis F. in præceptum Negatiuum 8.



uinatio Iudæorum per *Iedum*, cuius Rabbinig mentionem à Mose factam comminiscuntur. nempe volunt fuisse animal quoddam, nomine *Iedua* אֵדוּא humana forma, cuius ex umbilico medio funiculus propendebat, quo instar cucurbitæ humo adhærescebat, & quantum funiculi lōgītudo patiebatur, circumcirca omnem terræ fructum depascebatur: capi à venatorib. non posse, nisi sagitta funis præscindatur: tunc statim expirare per eius ossa, certo ritu in ore gestata, vaticinandi donum nactos homines, indeque arrolos dīctos *Iddegonim*. tales isti recutiti fabulas nobis obtrudunt, digni qui & terræ cum suo: *Idlahomm* אֵלָחִימ affigantur, & cum eo conuiuentur. Nisi humanam illi formam attribuerent, possemus suspicari, eos alluisse ad Plant. animal. quoddam agni specie, quod nasci ferunt, sic terræ cohærens, & vicina sibi, quoad funiculi longitudine permittit gramina depasci, & pabuli post defectum marcescere, in vicina Moscouiæ Tartaria: de quo Sigismundus in *Moscouia*, & Iul. Schal. contra *Cardan.* & plenius ex professo Andr. Libanius p. 2. *singul. disp. de agno Seythico.*

**L** Decima sexta est *Ληομάνεια*: cuius meminit Iamblichus, & Orpheus agēs de Siderite lapide: sed ritus eius mihi non satis perspectus. Huc spectat Chaldæorum lapis Mizoris, de quo ita Zoaroalter. *Ηνία δὲ χρομίνον δαίμονα πρόσθεν ἀθρήσους, Ὀβελίβι μνίσρεν ἑπᾶδᾶ.* Quando conspexerit demonem terrestrem (tibi responsum expetenti) accedere, incantans sacrificia lapidem *mn. zu. rim.* vbi Psell. in Scholijs rem aperit: *Dæmones (ait) circa terram volitantes natura sua sunt mendaces. Quod si ex his verum aliquem sermonem audire cupias, aram apposa & sacrificia lapidem MNISVRIM.*

**A** *Habet enim hic lapis vim aduocandi maiorem demonem, qui occulta ratione materialigenio applicatus, rerum inquisitarum veritatem insusurrat, quam ille porro homini interroganti profert. Indicat enim nomen ipsum, quo in aduocatione vtendum est vna cum lapidis sacrificio.*

**B** Hæc Psellus, cui similia Nicephorus ad li. Synesij de insomnijs. fuit hæc vanissima superstitio, putantium non omnes dæmones æque mendaces, sed aliquos veraces, deinde & illud erroneum quosdam esse materiales, ἀπειργῶσι ἄλλῃς ἀναπωλησμένῃς, materia tenebrosa plenos, vt loquitur. Hic ergo magicus ritus Chaldæorum. Non desunt, qui putent Iudæis in vsu fuisse lapides quosdam Diuinatores, & eos prohiberi à Mose *Leuit. 26. v. 1.* nam vbi nofter vertit, *Lapidem insignem*, illi malunt vertere: *Lapidem imaginationū*, vel vt alij

**C** *Lapidem speculationis.* Sed illi nugantur cum suis, quos nimis lubenter sequuntur Rabbini. nam *eben Maskith* vocat lapidem pictura vel artificio aliquo sic ornatum, vt aspectu suo homines capiat, & alliciat ad honorandum: ideo enim additur, non quidē, vt diuines per illū, sed vt *incurues te ei*, hoc est, vt adores illum. Non vos celabo, quid aliquando mihi de hoc loco in mentem venerit, antequā ditionem Romanam viderē. Suspica bar nostrum interpretem primo scripsisse, *Lapidem in signum*, inde cū alij verba transposuissent: *in signum lapidem*, factum denique *insignem Lapidē*. confirmat coniecturā versio LXX. in qua disertè scriptum: *λίθον σκοπόν.* *Lapidem signum.* Et fuit illa veterum superstitio: qui Mercurios ponebant in vijs, vel alios Deos *vios* siue *viales*, itinereum indices & signa. prohibeat, ergo legislator, non lapides indices viarum poni, sed poni, huiusmodi lapides habitu

**E** *Deorum, & ad adorandum.* Scio quæ



de radice סכח Sakah, prolixè hic O-  
leaster adferat : sed probare nequeo,  
quod vulgatum interpretem tam fa-  
cile deferat, imo & de versione loci  
Iob aperte ignorantia accuset. Etiam si  
vera significatio foret, *operire*, dicere  
possem: quæ picta sunt, coloribus esse  
contacta & operta. Possset quis ad hanc  
speciem referre quorundam supersti-  
tionem, qui vt somnia ipsis contingant  
futuri, prænumcia, gestant amethystum  
gemmam.

Decima septima occurrit παβδομα-  
τεια, quæ multiplex fuit, de qua sic  
Cælius Rhodiginus d. capite vigesimo no-  
no. Scribit, *Virgas in rebus diuinis eximij  
cuiusdam vsus fuisse veteribus, ex plerisque  
coniectare licet. Nam, qui Persicos ritus di-  
ligentius animaduersos litteris mandarunt,  
illorum magos, qui sacrificijs præficiuntur,  
carnes super myrro & lauro positas tradunt  
subtilibus virgulis adurere, mox, oleum lacte  
melleque commixtum conspergere, ac com-  
precari, fasciculos ex myrica pertennes ma-  
nu tenentes. In Pyrethiorum mediterraneo  
surrecta stabat ara, vbi inextinctus serua-  
retur ignis, fierentque iridem comprecatio-  
nes non sine myricinis virgulis. Sicut in Sey-  
thia quoque, vbi vaticini traduntur plures,  
alignis virgulis, diuinitas concipitur, quas dis-  
solvunt ac separatim singulis humi constran-  
dentes componentisque. Nares vero, quos  
esse Androgyno: putat Herodotus, tiliam  
scindentes trifariam, digitosque implicando  
ac resoluendo præcuntur futuris. ] & post-  
ea, Etenim in plerisque locis virga (vt di-  
ximus) præcuntur, quod in primo com-  
positionis tertia Dion quoque confir-  
mat.*

Quæ ille de Persis Magis, ab Hero-  
doto libro primo. & Strabone libro deci-  
mo quinto mutuatur: quæ de Scythia, &

A Euarijs, ex Herodoti libro quarto. Scy-  
tharum progeniem Turcas, hunc mo-  
rem retinuisse, colligitur ex Historijs  
& Collenucij. Sed illud mihi nota (Le-  
ctor) παβδοματεια non pertinere ad v-  
num dumtaxat caput. quædam enim  
explicitam continebat inuocationem,  
nempe quæ conceptis verbis efficie-  
bat, vt virgula recta, sponte sua, in cir-  
culum coiret iunctis extremitatibus.  
Aliavero ad sortes pertinet, quando re-  
gnum vel quid aliud, virgis datis, cui  
obtingeret, experiebantur: sic Aaroni  
prærogatiua Sacerdotij, virgula con-  
tingit florente, sic & Beatam Virginem  
nonnulli, ex apocryphis, tradunt Iose-  
pho sponfam datam: quo adhuc tempo-  
re Diuinatoria sors permilla. Aliquan-  
do ad ariolationem nostram) quam  
auspicium vocauit Tacitus) referenda:  
vt illa Persarum, & Scytharum, Ger-  
manorum quoque, quam Tacitus de-  
scribit lib. de moribus Germanor. qua  
de re nos postea plura Sect. 3. Aliquan-  
do ad omnia, vt illa, de qua sic Crant-  
zium libro quarto, Metropol. capite decimo  
nono. & vigesimo nono. Memorant annales  
Henrici III. Imp. fabulam de Hildebrando  
puero, quod cum filius esset Fabri lignarij,  
ex sarmentis ordine compositis, inscius ipse  
has litteras conseruauit: quibus astans homo  
litteratus legerit ex ea compositione scin-  
dularum: Dominabor à mari ad mare.  
Vnde coniectans diuinum aliquid in pu-  
ero, suaserit parenti, vt eum litteris tra-  
deret. Traditus profecit, & in cancella-  
riam Regis peruenit, & Scribarius eu-  
uasit. Somnio admonitus Imp. de eo-  
dem, quod cornua videretur habere, qui-  
bus filium suum conseruet, hominem in  
vinculis exutus, Clunacense monaste-  
rium petijt. Indeque profecit primum in  
Subdiaconum, deinde in Cardinalem,

ali. reri  
Neapoli.

nouisi-



nouissime in Gregor. VII.) Hæc ex annalibus illis Granzius, quæ nescio cur fabulam vocet.

Decima octaua est λαμπαδομαντεια, quando nonnulli candelam in D. Antonij honorem accendunt, sicque se res perditas confidunt inuenturos. Alia est vetus superstitio Lucernaria, de qua Propertius lib. 4.

Sed neque suppletis constabat flamma lucernis

& alio loco:

Sed voluit tangi parca lucerna meo.

Petronius in Satyra, Lucerna humore deflata, tenuè & extremum lumen spargebat: hæc magis videtur ad hominis augurium pertinere. An etiam huc pertinuerit irodus furti concipiendi per lancem & licium; quem Sex. Pompeius describit, dubium mihi: puto potius non pertinere, quidquid Acron prodiderit. vide sub q. 6. sect. 4. vers. 9.

Decimanoa vocatur ὀμφαλομαντεια, nempe duplex diuinitio, qua virginitatem puellæ explorabant. I. per funiculum, quæ res etiam hodie in vsu prauo: & videtur olim eo respexisse Catullus in nuptiis Pelei & Thetidis.

Non illam nutrix, orienti luce reuifens,

Hesternò poterit filium circumdare collo.

2. quod, auctore Guil. Parisiense, b solitum in Britannia redactum in pollinem tenuem, achatem in potu præberi, quem qui quæue sumpsit, nisi virgo sit, statim cogatur ea omere. Referuntur & alia, quæ idem per vrinam indicium faciunt. Et referuntur vt arcana naturæ; vercor ne profus sint magica, certè sunt illicita, & famæ restitutioni obnoxia.

A) Sunt & alia mille nocendi artes & nomina mille, quæ vtinam vt mihi, sic cæteris ignotæ & inexpertæ. Damnant hæc omnia Theologi & Canonistæ. vide Euseb. lib. 4. Prapar. Euang. cap. si quis 26. q. 5. Ioannem Sulisberiensis lib. 2. de nugis Curialium cap. 28. Michael. Medinam lib. 2. de recta in Deum fide fol. 29. & Iulium Suenium lib. 9. de Fato cap. 15. & 16.

B) SECTIO II.

De Augurio & auspicio.



VGVRIVM vel dependet à natura, vt nautarum, agriculturalium, &c. de quo postea (est enim commenda-

C) tione dignum, vtpote naturalis coniectatio (vel hominum industria atq; artificio institutum, rebus futuris, non necessarijs, sed voluntarijs conijciendis inseruiens: de quo nunc agimus, quod ipsemet Cicer. c. vanitatis & ineptiæ condemnauit, longe hac in re prudentior, quam Plato in Phadro, vel Xenophon, in Cyriped. Quod vero & Aristoteles d. meminit augurij, ille vel populari ex sententia loquitur, vel augurium vocauit, naturalem præfensionem auium, qua pluias tempestatesque instantes nobis indicant cantu, volatu, vel garritu. Nobis Christianis dubitare non licet, totam Augurum disciplinam, incertam & illicitam esse: qua, quod abstineret Dei populus, etiam ab ariolo laudatur: e quam sciunt omnes damnatam à Mose ac Prophetis, f & à iuris Canonici g auctoribus, à quib. etiam variæ pœnæ infliguntur: quam sciunt pacti cum dæmone damnari, à B. Augustino, b sciunt à recta Philosophia valde alienam. i

Auspicij vero siue Augurij vocem nunc eo extendimus, vt etiam omnia

M

c l. 2. de diuin.  
d l. 9. de Hil. anim  
c. 31. & 2. lib.  
e Nu. 23. v. 23.  
f Leu. 19. v. 26. Deu  
18. v. 10.  
Eccl. 34. v. 5. Ier. 27. v. 9.  
g c. illud. c. sed & il lud. 26. q. 2. c. si quis Episc. c. a liquanti. c. si quis clericus e. augurij, 26 q. 5.  
h l. 2. de doc. Christi. 24. i docent hoc Cic. d l. & Fac. Picus. l. 6. de pran. c. 4.



comprehendat: sicut & Græci sumple-  
runt, *ἀπὸ τῆς ὄψεως, ὁ ἀντίθετος, ὁ ἀντιθέτος, ὁ ἀντιθέτος*,  
*ἠπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, ὁ ἀντίθετος, ὁ ἀντιθέτος*, pro observatione cunctarum  
rerum subito, & inopinato, & in solito, acci-  
dentium instituta ad cognitionem futuro-  
rum, vel occultorum. Sic acceptum, redu-  
ci potest ad species quinque, primum  
ex cælo, secundum ex auium volatu vel  
garritu, tertium ex tripudio pullorum,  
quartum ex quadrupedibus, quintum  
ex diris & portentis: & horum omniū  
communis diuisio est quod eorum  
quædam sunt *Oblatiua*, quæ non poscū-  
tur; quædam *Imperatiua*, quæ veniunt  
optata & quaesita. *a*

1. ergo genus è cælo captato ab augu-  
ribus prospectu, & cæli regione delig-  
nata ( *templum b* vocabant ) exspecta-  
bat auspiciū, nempe tonitru, vel ful-  
mensive fulgetrum: quorum alia *bru-  
ta*, quæ nulla ratione naturæ niteban-  
tur, sed erant vana prorsus, alia *Fatidi-  
ca*: & hæc rursus vel pestifera, vel consi-  
liaria, vel auxiliaria, & huiusmodi  
& Seneca, & quæ sanè eruditè refellit  
VVimpina lib. de diuinat. cap. 34.  
& II.

2. ab auiibus petebatur, vnde dictum  
*augurium*, quasi *augurium*. Auium alie  
*oscines*, quæ cantu seu garritu; alie *Pra-  
petes*, quæ volatu putabantur prædica-  
re, & harum rursus variæ differentiæ,  
*funebres, cliuia, arcule, volscæ, remores, ine-  
bræ*, & alie multæ. *d* Stultitia hæc re-  
fellitur bene ab eodem VVimpina lib.  
eodem c. 12.

3. de pullorum tripudio sumebatur.  
Duo à pullarijs pulli in cauea seruabā-  
tur, primò diluculò, imperato de mo-  
re silentio, plus aut offa, cauea reclusa,  
pullis obijciatur: si negligerent cibū,  
sinistrum auspiciū erat; si auide de-  
pascerentur, ita vt aliqua ex rostro de-  
ciderent & terram ferirent, dicebatur

A *Solistimum tripudium*, & habebatur se-  
cundum. pauere veteribus idem quod  
ferire, inde dictum primo terripudium  
deinde terripudium, denique tripudium.  
Idem & *Soniuum* vocatum à sono,  
quem puls edebat cadendo. Nugacissi-  
mum sane commentum, cuius tamen  
neglectui tribuere Romani clades P.  
Claudij & Lucij Iunij bello Punico 1.  
& Flamini bello Punico 2. g

B 4. ex quadrupedibus, sumpta, teste  
Sext. Pompeio vocabant *auspicia Pede-  
stris*; vt apud Germanos ex equorum  
fremitu, proprium gentis (ait Tacit *b*)  
equorum quoque *præagia ac monitus expe-  
riri, publice aluntur isdem nemorib. ac lucis  
candidi*, & nullo mortali opere *contacti*,  
quos *pressos sacro curru sacerdos, at rex vel  
princeps ciuitatū comitantur*, hinnitusque  
ac fremitus observant. nec vlli auspicio ma-  
ior fides. ] Durasse eam superstitionem  
diu postea, etsi paulum diuersa forma  
apud Luizicos, ex Ditmaro noster Lip-  
tius in *comm. nro. admonuit*. De Lupino  
auspicio, Plinius & alij valde multa,  
& prorsus contraria tradiderant, quos  
habes diligenter annotatos à Tiraquel-  
lo; i de capra, asino, leone, vulpe, cane,  
mustela, ariete, & alijs; quæ Alexander  
nullis auctoribus firmarat, vir idem,  
supra modum diligens, accuratè com-  
probauit.

D 5. sunt *Omina*: quæ pertinere ad au-  
guria vel vus ostendit. Claudianus se-  
quentibus versibus;

Nullusque dies non triste minatur  
Augurium, quoties flauentia fersa coma-  
rum  
Spontè cadunt? quoties exsudat ab vbere  
sanguis,  
Larga vel inuito prorumpunt flumina  
vulta,  
Iniusseque manus mirantia pecciora cum-  
dum?

a Pet. San-  
ctiflorius  
Môrepef-  
sul. l. hist.  
ter mem-  
tab. folio  
140.

b Varro l.  
6. de lin-  
gualatin.

c Pl. l. 2. c.  
51. & 54. &  
l. 28. c. 2.  
Senec. in  
Natural.  
quaestio.

d Serui. l.  
2. Aeneid.  
Festus in  
vocal. Of-  
cines, Gel-  
lus l. 6. c.  
6. Pl. l. 10.  
c. 13. & 18

e de his  
cer. l. de  
diuina Fe-  
stus in  
Pals. & in  
Olcinum  
f Polyti-  
us l. 1. &  
Vale. r. Ma-  
xi. l. c. 1.  
g Liu. l. 1.

h l. de mo-  
rib. Germ.

i ad Alex-  
ab Alex-  
5. c. 4.

N

Si



*Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt.*

*Tympana, si quatiā, planctum mihi tympana reddunt.*

*Ah vereor, ne quid portentant omnia veri.]*

Vbi Ceres & exempla præbet omnium seu Dirarum, & quod vocauit *augurium*, postea vocat *omina*. Hæc solent etiam *prodigia* dici. Valer. Maximus. *h. admirabile inter cœnam prodigium inuadu. Infusum namq. patina eius vinum nec semel, sed iterum, ac tertio, in sanguinem versum est. Qua de re consulti Magi monuerunt, vt ab incepto desisteret.]*

Sed de omnibus plura diximus l. 3. vbi de vana obseruantia egimus. Huc reducenda omnia prodigia & ostenta, & monstra, quatenus quis vanam quandam ex his instituit diuinationem, quã veteres *τῆσ ἀποροσσοῦντων* vocarunt, à qua aliena est Christiana obseruatio monitorum quorundam mirabilium, quæ quibusdam Deus largitur. Duo exempla referam infra c. 3. q. 2. & alibi aliud familiæ Estensis B. Beatricis apud Scardeonum, tale quod de monte Vesuuio & moriturorum impiorum & damnandorum mox aliquorum prædictione. Pet. Damiani. epist. ad B. Dominic. Loricat. supra agens de Pandulfo Capuano, his verbis; *quandocunq. in illis partibus reprobus diues moritur, ignis erumpere de prædicto monte videtur, & tanquam sulphurea resina congeries ex ipso Vesuuio protinus fluit, vt torrentem faciat, atque de currense impetu in mare descendat.]* miraculo ignis, addam aliud humanum. Herodotus libr. 8. scribit, quando Amphienlibus sinistri aliquid publice euenturum, solitam sacerdoti Mineruæ subito promissam enasci barbam. Sed redeo ad inanima. De familia Ser-

A uiliorum scribit Plinius nummum illis fuisse æreum, quem auro & argento cibarent, qui ad futuros familiæ prosperos euentus crescebat, ad infœlices minuebatur, lege Plinium l. 2. c. 65. De sanguinis admirandâ in Galliâ pluuiâ, quæ incidens supra carnem hominis, aut supra lapidem non poterat abluui, cadens vero supra lignum facile eluebatur; auctor ex Fulberto Carnutenfi est Baronius Annal. XI. anno CHRISTI 1017. De fonte Glomuzenzi narrat Dietmarius, qui quando lætus pace & annona annus subsequaturus tritico, a uena & glande refertum se ostentat, quando pestis imminet cinerib. quando bellum, sanguine plenus fluit. quod idem Erasmus Stella, & Petr. Albinus in *Chronico Mtsnensi* asserunt. Alibi in Germania fons est dictus *Hungerbrun* qui quando decrescit grauem annonam, quando exarescit diram famem portendit. In monasterijs non raro accidit, vt religiosi morituri, in templis vbi sedilia sua habent trunco capite adspiciuntur. Quibusdam etiam nobilium familijs quædam notata est quæ certissima suorum mortis indicia habet, si fons quidam natura sua valde limpidus ab incognito quodam verme turbetur. alteri lignum est, si terra quædam arci ipsorum vicina, in voraginem subsidit. In Bohemia spectrum iæmineum vestitu lugubri apparere solet in arce quadam illustri familiæ, antequam vna ex coniugibus Dominorum illorum è vita decedat. ita ex alijs, vt certa, refert Phil. Camerari. *opera successiva* cap. 73. vide supra in prin. lib. & d. q. 2. *Monstra* sunt naturæ valde aberrantis à consueta norma inanimantium productione ludibria. *Ostenta* vero & *prodigia* vocamus, varias & terribiles atque insolitas in aere aut alijs elementis apparitiones, ac sonos vel esse.

vel esse.



lã c. 22. vñ que ad 27

m c. 5.

a Picus 1. 6. de prænot. c. 6. VVimpin sup. c. 17. Medina 1. 2. de rect. fid. c. 2. Sen. d. l. 9. c. 19. & 20

vel effectus, vt pluias languinis, acies in cælo visas, & similia, quibus pleni Iulij Obsequentis & Lycosthenis libri, & Iosephus libro 7. de bello cap. 44. & egregiè VVimpina lib. de signis, l certa horum interpretatio à diuina reuelatione dependet, vt fuit concessa Danieli: non licet ea curiosè obseruare ad fortuitos euentus certò prædicendos: rectè tamen concionatores ex ijs imminentiem Dei vindictam denunciant, vel ab instanti facinore ac vitæ prauitate homines ijs deterrent, & ad poenitentiam hortantur. reuera enim idcirco illa solent à Deo ostendi. Plura de his pete à D. Augustino lib. 21. de ciuit. Dei, c. 28. & qui hos portentorum obseruatores egregiè confutant Picus, a VVimpina, Medina, & Sirenus.

Vlt. Auspiciu ex acuminibus militare, cuius & Cicer. & Arnobius meminere, quidam ad ostenta referunt, cum Cælio Calcagnino, alijs ad Geomatiã, alij cum Turnebo non dissimile faciunt, ab Anxinomantia, quale fuerit, nihil habeo certi. Lege si placet Antonium Valerinum Comm. de re militari.

SECTIO III.

De sortibus illicitis.



ANGANIAE tertiam partem dixi esse Sortes. Sors olim dicta Phur, vt patet ex l. Esther cap. 9. v. 26. quam plerique Persicam vel Sufianam vocem esse volunt. assentior potius D. Hieronymo Hebræam esse, & deduci ab Hebræo פהר phur, cadere seu labi (etiã iuxta Furster.) quia sortes in vnam coniectæ labuntur, vnde & festum Hebræis Phurim, non Phurim. Iosephus in hac voce mendosus est, vel more

A Græco detorsit. Sors autem, teste Diu. Thom. b triplex est, diuinatoria, consultoria & diuisoria.

Diuinatoria vocari potest κληροματεια: quæ ex genere suo prohibita, D. Greg. lib. 7. ep. 66. lib. 9. ep. 47. in Decretal. c. 1. de sortil. g. D. Thom. d. art. 8. & talis fuit sortitio Ionæ i. vt ibi post Lyran. & Ferum optime Franc. Ribera quæ & ipsa multiplex est, vna, eadem cum oraculo; vt fuere sortes, Delia, Lycia, Antiates, Prænestina & similes, sic accepit Seneca.

in Troadib. Post fata demum sortis incerta fides.  
 & in Oedipo. Sorte Phœbeia exitus.

Cæteræ sortes plæreque nomen à materia sortiuntur: vt sunt παλοματεια, περιματεια, άπραπαλοματεια, quæ bacillis, talis, oscillis, pilulis, aut tabellis inscriptis, in altum vel in vnam conijciabantur.

3. his similis fuit κυβοματεια, siue aleatoria, vt apud Propertium.  
 Me quoque per talos Venerem quærente secundos,  
 Damnosæ semper subsiliere cænes.

D Huic dediti valde Augustus & Tiberius Imp. teste Suetonio, & Attalus Rex Pergami. Vtebantur huiusmodi sorti teste Pausania Græci, apud Buram Achaia: & in Apono fonte in Italia, teste Suetonio, in Tiberio.

4. παλοματεια, quam Tacitus tribuit Germanis; e sortium consuetudo simplex, ait, virgam fructifera arbori decissam in sarculos amputant: eosque notu quibusdam discretos super candidâ vestem temere ac fortuito spargunt. mox, si publice consulatur. Sacerdos ciuitatis, sin priuatim, ipse patrisfam. precatus Deos, cælumque suspiciens ter singulos tollit, sublatos secundû impressam ante

notam

b 22. q. 91 ar. 8. P

el. de morib. German.



nota interpretatur, &c.] frequentissimi quoque Sinis hodie est fere similis quaedam diuinatione duorum lignorum æqualium, quam describit fufe Gunzalus Mendozius li. 2. hist. Chines. c. 4. nec non Philippinensium seu Lusitanorum in India, teste Martino Ignatio Itinerary cap. 8. In sacris litteris inuenio nonnullas huc pertinentes, vt est illa sagittarum, de qua Ezechiel, & alia virgarum de qua Oseas, & secundum non nullos Moses. Ezechielis verba sunt d. Stetit enim rex Babylonis in viuis in capite aquarum viarum diuinationem querens, commiscens sagittas, inter gemit idola, exta consulit. Ad dexteram eius facta est diuinatione super Ierusalem.

Diuinationem hanc varie explicant. orta diuersitate, quia non conueniunt de significatione verbi Kolkol קלקול quod D. Hier. vertit commisit, LXX. verò fecit ebullire, & virgam pro sagittis, ἀναβύσσου παύδου. quod tamen Polychronius docet dictum phrasi Hebraea pro misit seu iecit sagittas אָוֹלֵי רֵיבֻבֵי לְבָנָה. יָצְאָהּ גְדֹרֵי הַלֵּבִי עֲרִיבֵי רֵיבֻבֵי. D. Hieronym. in Comment. explicat non solum diuinationis: stabit in ipso compito, & ritu gentis sua oraculum consulit, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat, cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem debeat oppugnare. hanc autem Græci βολομαλίας, siue παύδουμαλίας nominant. & addit postea, LXX. hic non tam sensu, quam verbis à vulgata distat. Nam illud ἀναβύσσου seu ebullire, nihil aliud est, quam velociter exire seu ascendere. Sed alij putant eo significari genus alterum diuinationis: nempe commixtas sagittas in ærem fortiter iecisse, in quam partem caderent, dextram an sinistram,

A versus Rabbarh, an versus Hierusalem obseruasse: sic R. Ioseph. & (vt videtur) Chaldæus Paraphrastes, eamque interpretationem optime tam nostra, quam Græca versio patitur. Denique quia Kalal קלל etiam significat læuigare, & polire, ideo exponunt, terfit seu poliuit sagittas, volunt enim significari genus diuinationis Catopromanticum: quo augures in splendenti cuspide, velut in crystallo vel vngue, futura inspiciant: sed cum hoc sit recentiorum commentum, præstat D. Hieron. & LXX. illos sequi.

B Alter locus est deut. 8. v. 11. Vechober chaber חֶבֶר חֶבֶר, quod noster vertit incantator: recentiores vertunt iungens iunctionem, vt exprimant speciem ξολομαλίας, qua per frustola lignorum iterum coeuntia diuinabatur. Sed nostram versionem confirmant LXX. φαρμακὸς ὑπαιεῖδων ὑπαειδῶν, veneficus incantans incantationē: & recte, incantatores enim, à Chab. חֶבֶר, quod significat, se sociare, vocantur Chalbarim. quasi dicas focij, nempe dæmonum, quibus se pacto seu scedere inuito coniungunt. Longe ergo clarius vertit noster vulgatus, quam recentiores isti: & bene Paginus retinuerat versionem LXX. interpp.

D Tertius locus est Osea 4. v. 12. Populus meus in ligno interrogauit, & baculus eius annuntiavit ei, non constat, de quo genere hoc dictum. apud Hebræos, R. Moses Samsonis F. in explicatione præcepti Negatiui. 52. commemorat huiusmodi ritum: decorticabant bacillum ligneum vno tantum ex latere, tum in ærem proijciebant, si fortuito casu, primo iactu apparuisset superior pars decorticata, at secundo iactu superior pars adhuc vestita, prosperum successum augurabantur: si è



contra primum pars vestita, infelicem: si utroque iactu vestitum vel nudatum latus superius fuisset, mixtum euentum sibi pollicebantur: & hoc ab Osea putant significari. D. Hieronymus autem vult, de eodem agi genere, de quo egit Ezechiel, & vocat hic *παβδουά-λειαν*, quod illic *βελουάλειαν*, pro iisdem enim ista accepit. Sentit hoc etiam Theophylact. in Osea, sed aliter explicat ipsum ritum: *virgus* (inquit) *duas stantes, carmina & incantationes quasdam submurmurabant: deinde virgis, demonum operatione aut effectu, cadentibus, considerabant, quoniam utraque eorum caderet, autros summe an retrosum, ad dexteram, vel sinistram. Sicque tandem responsa dabant insipientibus, virgarum casu prognis vsi. Eundem ad modum ab uobis uos uaticinabatur, ut Iezekiel habet.* His adde quæ dicta *supr. scilicet. 1. superst. 17.* & scito etiam in Antithodorensi consilio mentionem fieri sortium de ligno prohibitionem can. 4.

5. Species est *Geomantia*, cuius laboriosa industria mentitur artem, nam sexdecim figurarum in solo, vel abaco mina *τεχνη* dispungit, ex sedecim additis diuersis punctorum coordinationibus, quæ nomina singulis suis astris putant respondere. hoc olim Hali, Et famosus Magus Oliuerius Malmesburius, libro edito, & postea Gerardus Cremonensis, Bartholomæus Parmensis, & Galpar Peucerus Lutheri sectator: quorum libri prohibiti, sunt complexi scriptis. Et Peucerum miror id tam diligenter profecutum, cum uerissime fateatur, toti illi disquisitioni nullam prorsus rationem, nullam uerè speciem subesse. Archimagus quoque Cornelius suam diuersam ab illa aliorum, Geomantiam, æque fallacem &

A mendacem, posteriore scripto fuit testatus. Picus de hac cecinit.  
*atque frequens bibulam mucro cum pun-  
gu arenam.*

Hanc descripsit Pictorius in *Epitome de Magia cap. 8.* Quanta ergo dementia est his vacare, quæ à suis damnantur auctoribus? Ex pijs scriptoribus & catholicis erudite refutarunt sapientiam citati, Franc. Picus *lib. 6. de Pranotion. cap. 3.* & qui, toto clam opere ex Picoplurima, Contr. *VViampina lib. de diuination. cap. 5.* & Iul. Sirenus *lib. 9. de Fato cap. 38.*

B 6. Vocant *σοχημαλείαν*. Fiebat primum aperto libro Homeri vel Virgilij, & attento primo, qui obuius inipienti, versu. Sortes Virgilianas, vel Prænestines vocabant. Sic Socrates mortis suæ diem coniecit: Sic Claudius, Traianus, Alexander, Macrinus, Gordianus Iunior & alij Imp. tempus regni vel uitæ vel alia, quæ de re Suetonius in *Tiberio*, Spartianus in *Hadriano*, Lampridius in *Alexandro*, & alij in horum vitis quadam Lipsius *lib. 2. Elector. cap. 11. uodecimo*. Iudæos quoque solitos in quauis ferme re inchoanda sic ex sacris biblijs apertis sortiri, docet ex Thalmudicis Iosephus Stephanus in *lib. 1. Machab. cap. 3. num. 48.* Huic vanitati Gentilium deinde successit apud Christianos, apertio Veteris aut Noui testamenti: quam insigni blasphemiam uocant Sortes Apostolorum seu Sanctorum: hac vsi fuere Heraclius Imp. apud Cedrenum: & Romanus Diogenes, apud Culpianum: & Andronicus senior apud Gregoram *libro octauo*, & Chrannus filius Regis Francorum, apud Gregorium Turonensem *lib. Histor. capite decimo sexto. & vigesimo.* & B. Theodora Alexandrina, nondum bene catechisata, apud Simconem Metaphrast. *XI. Septem.* & Meroneus

apud



apud Gregor. Turonen. *Hist. Franc. libro 5. capite decimo quarto.* ubi & alius ritus exprimitur, nam ponuntur tres codices Scripturæ sacræ super Sancti Martini sepulchro, & sigillatim singuli aperiuntur. vsus hac denique Gundulphus, apud Ranulphum *libro septimo Polychronici capite sexto.* & sui laudator facinoris Hieron. Cardanus, de *varietate libro decimo quarto.* Damna fuit hæc superstitio non vno concilio Ecclesiæ Catholicæ decretis. Huc quidam referunt certas illas Ephesiorum notas magicis verbis iunctas: quas ferenti conatus omnes forent efficaces. harum beneficio volunt Cæsum è rogo liberatum *b.* sed hæc pertinent ad q. 6. Et ne quis obijciat vel D. August. in Confess. vel Greg. Turonen. factum, *libro quinto histor. Franc. capite quadragesimo septimo. & seq.* Nam sancti tunc libri aperiiebant, non vt de futuris, certiores redderentur, sed vt consolatorium aliquid vel exhortatorium in sacra pagina reperirent, vt testatur ipsemet Greg. & sic solent hodie multi pij viri cum tentantur, aperire libellum illum aureum Thomæ de Kempis, de *contemptu mundi*, eo quod semper aliquid in eo occurrat, quo roborari se & confirmari sentiunt. quod sane expers est superstitionis: August. etiam diuina monitione ad hoc inductus, *vide lib. 9. Conf. ss. capite ultimo.* Sunt qui velint duas exceptiones esse ab hac regula, videlicet, Prim, si quis id faciat graui necessitate compulsus, ad terminandâ grauem litem, vel anceps contilium, & citant D. Augustinum, *Epist. 180. ad Honorat. & li. 1. de doct. Christiana cap. 28.* Secundo, si debita cum reuerentia, precibus ad Deum factis, adhibeantur, vt vult Beda in *cap. 1. Actorum.* Imprimis admiserim has conditiones, non separatim sumptas, sed coniunctim; & ideo

A pro vna tantum. Nam puto simul requiri & materię necessitatem, & recursum ad Deum: nec Patres alterum excludere, sed supponere: cum alterum tantum expresserunt. vt Augustinus, qui grauitatem materiæ solius considerauit: nam de grege propter periculum mortis deserendo agebat, & ideo sortitionem fieri inter pastores, qui fugere, & qui manere deberent, volebat. *de Epist. 180. sub fin.* Beda vero vtrumque diferte exquirat. Nec leuis causa fuit D. Francisco, sua & proximorum talis, nec nullæ, nec frigida tepidæue preces præcesserant, cum sorte consultoria vsus, nec deerat ad hoc excitans diuina reuelatio.

B Narrat D. Bonauentura *vita illius ca. 13.* è quo D. Antonin. *3. p. sum. hist. tit. 24. §. 7.* sed carptim & mutilate delumpit; sed ille his verbis: *Immissum est eius menti per diuinum oraculum, quod in apertione libri Euangelici aperiretur et à Christo, quod Deo in ipso, & de ipso maxime foret acceptum.* Oratione itaque cum multa deuotione præmissa, sacrum Euangeliorum librum de altari sumptum, in Sancta Trinitatis nomine aperiri fecit per socium, virum vtrique Deo deuotum & sanctum. Sane cum in trina libri apertione *D* semper passio Domini occurreret, intellexit vir Deo pius, quod sicut Christum fuerat in statu in altioribus vita, sic conformari ei esse deberet in afflictionibus & doloribus Passionis, antequam ex hoc mundo transiret, &c. idem statuo de facto S. Danielis Stylitæ, apud Metaphrastem: & in vita S. H. berti Leodiens. Episcopi apud Surium tomo 6. Duo ergo illa concurrant necesse est, vt licite quis vtatur hac sorte: reuelatio vera si accesserit, vel sola illa præcesserit, nihil neque timendum, neque accusandum. In Beat. Matthiæ sortitione omnia ad-

ac aliqui  
u & c. h  
quis cle  
nicos. 26.  
q. 5. Anri  
stod. cõc.  
can. 4.  
bide Eu  
stath. In  
Homer.



fuisse, & præterea morem deligendi  
uis vicibus Sacerdotis Summi, non-  
dum abolito, satis clarè docet Beda  
*in capite primo Actorum*. Si ergo vel re-  
uelatio, vel alia duæ causæ simul, si-  
ne reuelatione, mouerunt Archidia-  
conum Batonensem, vt experiretur,  
quod ait *Epist. 30.* post triplicem eius-  
dem somnij de amico recursum: quam  
ego facile crediderim diuinam visio-  
nem: & curiositatis humana ( sine af-  
fectu curiositatis) sortibus, & reuolutione  
*Ps. lxxij.* visioni euentum diligentius ex-  
ploraret: & oculis eius primum se versus ille  
obtulit: *Moyse & Aaron in Sacerdotibus  
eius, &c.* sane censuerim, cum Ioan. Bu-  
zgo nostro, Blesensem excusari posse, a-  
lioquin negari nequit, non optimi  
rem exempli censendam.

Longe alia quædam est fors Apосто-  
lorum licita planè, non vetita, de qua  
sic Cæsarius libro octauo *Miracul. capite  
quingagesimo sexto.* consuetudo est maxime  
prouincie nostræ matronis: vt tali cum sorte  
specialem sibi apostolum eligant, *in XII. can-  
delis, XII.* Apostolorum nomina singula in  
singulis scribuntur, quæ à Sacerdote bene-  
dictæ altari simul imponuntur: accedens ve-  
ro famina, cuius nomen per candelam ex-  
trahit, illi plus ceteris honoris & obsequij  
impendit. ] Quin & in Hispania sic Fer-  
dinando Cortezio tortienti, Beatum  
Petrum Apostolorum Principem Ro-  
manæ, seu verè Apostolicæ Ecclesiæ  
petram secundam (nam prima Iesus) ob-  
uenisse sibi inuenio in Historia Mexi-  
cana Franc. Lopez de Gomara *capite  
vigesimo primo.* decebat Euangelium il-  
lic plantaturo, rigatorem fauere, quo  
rigante nunquam non incrementum  
dat Iesus Christus.

Septimo loco venit *Ludus*, qui de-

scribitur in *Δοδεκάβιβρα*, & alter quem  
vocant *Ludum Pastorum*: qui duo no-  
xie per Franciam & Germaniam mul-  
tis solemnes, ad cognitionem matri-  
monij futuri, opum, dignitatû, libero-  
rum, &c.

Neque prætermittere hoc loco  
possum vel debeo indiscussum pericu-  
losum quoddam dictum Andr. Cæ-  
salpini *libr. de inuestigat. demon. capite  
duodecimo.* vbi sic ait: *Sunt qui conscriptos  
de bona & mala fortuna libros consulunt  
fortuito in libelli particulam incidentes, in  
qua explicatur quod queritur.* (loquitur  
de libris quales dixi) *sed hæc vi plurimum  
apud ceteros vana reperiuntur, verè apud  
eos quibus demon cooperatur.* ] An ergo  
dæmon futurorum huiusmodi præ-  
scius, vt sciat talia, quæ saltem quo ad  
media, à libero ordinarie arbitrio de-  
pendent, ad certum & verum euen-  
tum dirigere? Nullus hoc verè Theo-  
logiæ peritus concesserit. Debat ita-  
que dicere, quando dæmon coopera-  
tur, tunc sapius vera videri, propter  
dæmonis in conijciendo solertiam:  
non vero scribere, vt plurimum vera,  
si dæmon cooperetur, nisi cum expli-  
catione, quare tum potius quam a-  
lias.

Octauo, venit *ἀλατρωμαλέα*: quan-  
do definitus locus in partes æquales  
describitur, & unicuique singulæ al-  
phabeta litteræ inscribuntur: deinde  
singulis litteris granum frumenti im-  
ponitur: postea ad hoc enutritus oscen  
gallinaceus introducitur, qui grana  
comedat. denique notantur litteræ,  
quarum primum grana depalcitur v.g.  
litterarum: P.E.T. tunc creditur nota-  
ri, Petrus Petronius, Petrucius, & quo-  
rum simili modo nomen inchoatur.  
Sic deceptus Valēs Imper. de successore  
querentibus philosophis, & quia Gallina-

ceus



ceus absumperat, grana notata. Θ. E. Ω Δ. omnes occidi iussit Theodoros, Theodosios, Theodatos, Theodulos; & tamen illi Magnus Theodos. in imperio successit. a Hoc cum Zonara quidam volunt factum per ἀλχητρομαγείαν: sed aperte Socrates dicit factū per ἰερομαγείαν: Sozomenus, per oraculum ex tripodis machinā laureā. quem Nicephorus sequitur. Cassiodorus autem cum Socrate sentit: sed per errorem, vult ipsemet Valentem operā dæmonis vsum inquisivisse de successore Zonaras vero vult hoc factum ab Iamblichō & Libanio: sed hos omnes falli ex eorum temporum scriptore Ammiano patet, qui reos quidem quæsitū vaticiniū nominat FIDUSTIVM, IRENAEVUM, BERGAMIVM, HILARIVM, & hos quidem convenisse alios vaticinandi peritos, (quos non nominat. & forte fuere LIBANIVS, & IAMBlichVS) & recitat mox verba Hilarij iam latera fodicati; *Construximus (magnifici iudices) ad cortina similitudinem Delphica, diti austru. is. de laureis virgulis, insuastam hanc mensulam. quam videtur, & imprecationibus carminum secretorum, horagis que multū ac diuurnis ritu. liter consecratam, movimus tandem. Movendi autem, quoties super rebus arcanis consulebatur, erat institutio talis. Collocabatur in medio domus, emaculata odoribus Arabicis, undique lance rotunda per se superposita, ex diversis metallis materijs fabricata: cuius in ambitu rotunditatis extremo elementorum viginti quatuor scriptiles forma perite in se djungebantur specijs examinata dimensis, Has linteis quidam indumentis amictus, calcatisq; itidem linteis sociis, torulo capite cir. uniflexo, verbenas felicitis arboris gestans, litato conceptis carminibus numini præsit ionum auctore ceremoniali scientia supersistit, cortinulas, pen-*

A *sulum annulum librans ex carpathio flo, per quam tenui mysticis disciplinis initiatum: qui per intervalla distincta retinentibus singulis litteris incidens saltuatim, heros efficit versus interrogationibus consonos, ad numeros & modos pene conclusos: quales leguntur Pythici, vel ex oraculis editi Bran. hidarum, Ibi rum quærentibus nobis, qui præsentī succedet imperio, quoniam omni parte expolitus fore memorabatur; usiliis annulus duas perstrinxerat syllabas, & cum adiectione littera postrema, exclamavit quidam præsentium, THEODORVM, &c.*

B *Subdit etiam interrogatos num quæsiissent, quid ipsismet impenderet, dixisse versus. qui responsi; quibus & ipsis capitalis sententia, & Principi exultio denunciabatur, quæ cuncta sic euenerunt. Nam & THEODOSIVS successit, & hi capite multati, & Valens viuis à Gotthis igne consumptus fuit. Adeo ut suspicer, hæc omnia per Diabolum, Deo reuelante, ad tot scelerum vindictam fuisse reuelata. Ex quibus verbis Ammiani patet SOCRATEM, & CASSIODORVM, & ZONARAM incomperta sibi, & parum vera narrasse.*

C *Nonum genus est ὀνομαστρία, quæ petitur ex nomine consulentis per elementa nominis diversimode collocata, & quasi per anagrammatismum faustum quid vel contrarium indicantia. hoc fuit PYTHAGORICVM commentum. v. g. si. Ioannes Magnus, resoluas in, agnus animosè. hac putant ab APOLLONIO Romæ puellam, quæ nuptiarum die mortua, fuscitatam. ] Philost. lib. 4.]*

D *Decimum dicebatur ἀριθμαστρία quæ fuit duplex, vna Græcorum valo-*



Teretiā.  
maur<sup>9</sup> ci  
arus ā  
nobis (vbi  
le hac re  
dixi plu-  
a) Opi-  
nationib<sup>9</sup>  
n Accii  
Astyana-  
ren.

ib. 8. de  
publ.

rem litterarum considerantium, & futu-  
rum victorem augurantium, cuius  
nomen maiores numeros contineret:  
ideoque Hectorem ab Achille iupera-  
tum b Altera fuit Chaldeorum, qui al-  
ter habetum distribuunt in tres decades  
quibusdam litteris repetitis, & nomi-  
na petentium resoluta commutant in  
innumeros, & singulos numeros suis  
planetis attribuunt. Huc referenda Iu-  
deorum recentiorum Kabbala, quam  
diuidunt in duas partes, in quendam  
*Diouarvriā* blasphemij refertam, &  
*Agibuarvriā* hanc vanissimam, &  
lege refutantem Tegnum *lib. de vero  
studio Christiano.* & melius Ciruelus in  
Paradoxis questionibus earum vlti-  
ma, quæ est de *Cabala Iudaorum.* & à qua  
non abit longe Platonis Arithmeticum  
vaticinium, & reprehensum ab Aristo-  
tele *lib. 6. Polyt. Sane APOSTOLVS &  
EVANGELISTA D. IOAN. in Apoc.*  
omen Antichristi per numerum 666.  
significauit, c. 13. vt illi à Deo fuerat re-  
uelatum: sed omnium, hætenus inge-  
nia in nomine illo eruendo frustra  
fortassis desudarunt: qui *nuir a volet, le-  
gat Riberam in Apocalypf. Sanderum  
de Antichristo, Feuardenium in Ire-  
næum, & fusissime differentem Raimun-  
dum de Antichristo. a. c. 20. vsque ad vi-  
gesimum quintum.* qui Arithmantia tamen  
non nihil amplius, quam par erat,  
detulit, ex Platoniorum commentis.  
Locus ille APOSTOLI non confirmat  
Arithmantiam, sed duntaxat numero-  
rum inuolucris arithmeticis prophe-  
tiam contexit, quod & nobis liceret S.  
Spiritu id inspirante. Iplis vero nume-  
ris vim aliquam diuinam, vel natura-  
lem proprietatem tribuere; erroneum  
est.

XI. Potest esse, quod Pythagoræ tri-  
buit Plinius considerandum in nomi-  
nibus proprijs vocalium numerum

A parem, esse prosperum; imparem vero  
orbitatis claudicationisue indicium.  
Circumfertur de his & similibus nugis,  
liber *Al. hindrina*, superstitiosus plane,  
& flammis dignissimus; quem fingunt  
fuisse discipulum Aristotelis. Huc &  
ad præcedentem speciem communiter  
referenda est illa circularis figura, in  
cuius media inter semiluna. area, varij  
numeri arithmetici, in proximo cir-  
culo, inscripta verba, *vita, bona fortuna,  
mala fortuna, mors, morbus, sanitas*, in se-  
quenti, nomina planetarum cum certis  
numeris: in 3. alphabetū Latinis litteris  
capitalibus, in 4. certi arithmetici nu-  
meri, qua in Germania quidam vtuntur.  
& cuius formam si Geor. Pictorius  
non exhibuisset, vsumque non expli-  
casset, fecisset longe conlultius.

B Fortassis etiam gentilib. in vsu fuit  
aliud quoddam Onomantia genus,  
quando ex ipsa nominis significatione,  
omen capiebant, vel aliquid futurum  
diuinabant, vt alibi (*Opinationibus in  
fragmenta Tragicorum*) docui Græcos  
fecisse in nomine Astyanactis, & Augu-  
stū in nomine Niconis, *de quo lege sup. li.  
3. part. 2. quest. 4. sect. 4.* Huc referi-  
rim, quod refert Prudentius sic à ty-  
ranno irrisum B. Hippolytum marty-  
rem:

D *Ille supinata residens ceruice, qui,  
inquit,  
Dicitur? affirmant dicier Hippo-  
lytum.  
Ergo sit Hyppalytus, quatiat, turbet q̄  
iugales.  
Intereat quo seris delimitus equis.*

E Vtenim alicubi ab Aufonio prodit-  
tum, veteribus diuinationis species e-  
rat, nomen componere, quod sit,  
*Fortuna morum, vel necis iudicium.*  
Quæ, quam sint vana, docuit etiam  
Ioan. Brodæus *lib. 7. miscellan. c. 5.*

Ab hac



Ab hac superstitione non sunt immunes, qui ex nominibus sic parentum arbitratu impositis, fortunas hominum & euentus futuros autumant dependere. indeque quid futurum sit ratiocinantur. Expertes sunt culpa, qui sedula diligentia, quaedam per angelos vel homines sanctos, propheticis spiritu imposita nomina, cum eorum, quibus imposita fuere munere, virtutibus, aut exitu vitæ componunt, & ostendunt illa cum rebus consentire: quod olim fecere Patres Orthodoxi, de Abel, Enoch, Noe, cæteris: de quibus lege D. ISIDORI. *lib. 7. Origin. c. 6.* ad hoc præit nobis Angelus in Euangelica Historia *Matth. 1. vers. 21. Luc. 1. v. 13. & 14.* & ipsemet Iesus Simoni nomen, Cephas, imponens, *Ioan. 1. v. 42. collato cum Matth. 16. v. 18.* Aliquid simile P. Nicolaus Serarius, in *Machab. præloq. 1. vbi de hac re, notauit ex Gorionide, de nomine Machabæi; quod sane potuit* PROPHETICE à patre inditum fuisse prævidente ingens animi robur & cor, quod Iudæ futurum. Sanctorum vero nomina liberis imponere, vt illorum potissimum patrociniis se suaque commendent, & mores imitentur, pium & religiosum est; & eadem ex causa consuetudo Pontificum Romanorum, ab aliquot iam sæculis nomen pristinum cum dignitate Summi Sacerdotij commutantium, laude digna, vt quod maxime.

*Ultimo loco, Ioannes Leo, diligens scriptor, & quandam, ὀνειδισμῶν κριταὺν, sortiarum recenset: in capsula abaculi forma constructa quaedam alij auiculas, ad has venire, qui consilium quaerunt, & obolum offerre: auiculam siipem accipere, inque capsulam inferre nostram: deinde regredi, & responsum in chartula referre consultori. Hæc sufficiant de his superstitionis sortibus*

A partim diuinatorijs, partim consultorijs.

## SECTIO IV.

*Quale in his peccatum?*

NOTANDAE sequentes conclusiones. Quo ad sortem diuinatoriam, & auguria cætera;

B *Primo, graue peccatum est inquirere occultas culpas per haruspicia, vel auguria, vel sortes diuinatorias. nam hæc non possunt ita sciri, sine dæmonis auxilio. quare quidam qui per astrolabium conatus fuerat furem occultum nosse, etiam sine intentione dæmonem inuocandi, vt grauiter peccans, ab altaris ministerio fuit per annum suspensus; b idque ex gratia & dispensatione: quia secundum ius commune debuisset in perpetuum suspendi. c*

C *2. Aequè mortale peccatum est augurijs vel sortibus conari prædicere futura contingentia: d ideoque in clericos lata excommunicationis sententia. e*

D *3. Quamuis non sit peccatum mortale huiusmodi obseruare, nisi, quando quis illis fidem adhibet, semper tamen maxime periculosum est, secundum illa dirigere actiones suas, etiamsi quis illis minime credat, ratio, quia iustissime Deus solet permittere, vt tales malè pereant: Diabolus etiam per huiusmodi sæpe in maiora pertrahit, & in magis serijs decipit: & vt minimum, per hæc homo pessimum habitum acquirit, proximè disponentem ad infidelitatem.*

E Aliquot exemplis hic illic sparsim ostensum, quàm perniciosum esse solitum sit consulere dæmonicolas. Ad dam nunc ex Adamo Chronographo, de Olaph Rege Noruegiæ. iscum inuasisset DANIAM fretus responsis

dæmo-

Q  
b ca. 2. de  
fortileg.

c c. si quis  
Episcopus.  
26. q. 5.  
d D. Tho.  
d. q. 95. ar.  
6. & 7.  
e d. si quis  
Episcopus  
cum  
scqq.



dæmonum, classe victus, ipse se in mare præcipitavit, vxor vero fame & inedia misere perijt. omnes (ait) affirmant peritum auguriorum, obseruatorem sortium, & in autum prognosticis omnem suam spem reposuisse & artis magicæ studio deditus, omnes quibus illa redundat patria, maleficos, habuit domesticos eorumque deceptus errore perijt.]

Sic Adam lib. 2. cap. 28. ex Chronico CADOMENSI, de decepto Odone BAIOCENSI EPISCOPI, PROPONTIFICIO MAXIMO carcerem perpetuum nacto, narrat Baronius tom. XI. Annal. anno 1084. Habes exemplum, ex Chronico. scotorum, aliud, de Nathaloco Rege XXX. narrant illum ipsum, à quo Rex cæsus, ad diuinos missum, vt de victoria, de vita Regis ac regno eius percontaretur: responsum à quadam anu accepisse, Regem non sui victurum, nec periculum ei ab hoste, sed à familiaribus instare. Cum ille vrgeret, à quo? anam, à te, subiecisse, Ille mulierem exsecratus, cum domum rediret, subiit animum illa cogitatio: nec responsum celari posse, nec edere tutum esse: ne se apud Regem hominem prauum, & suo timore indulgentem, suspectum redderet. Itaque tutius est tyrannum, cum multorum graia interficere, quam cum grauisimo capitis proprio discrimine, incolumem seruare. Statim vbi domum rediit, impetrato ad responsa diuinorum expromenda, secreto caso Rege, dauidicum imperii annum ingressu, pænam seruitio, & se periculo exiit. ] Narrat Buchananus, libro 4. fol. 35. Sed cur fabulam magis concinne fictam, quam verisimilem vocet, non intelligo. Et si enim anus illa, immò dæmon ipse, hoc citra reuelationem scire non poterunt tamen malitia dæmonis sic Deos vsus fuit. Nam illa erant ingeniosissime instituta ad hoc, vt miles iste cuius ingenium præceps, & manus prom-

A pta dæmonem non latebant; ad cogitationem tollendi tyranni impelleretur; quod siue illi prosperè, siue male celsisset; vel tyranni, vel aggressi seu consultoris nece animum homicida palceret. Nonne similes æstus animi, simile tyrannicidium in Azæle Syron. lib. 4. Reg. c. 8. nobis S. S. suppeditat? In eadem Scotia Bancho maleficæ sortes regnum spondentes exitium peperere. nam occisus à Macheto seu Macca-bæo; cui etiam ipsi diuinationes ariolorum, mercedem crudelitatis, necem attulerunt, persuaserant inuictum fore, donec silua quædam procul inde remota, ad arcem, quam Machetus incolabat, accederet; nec tæmina geniti manu occubiturum. Vt fidem dæmon similibus vaticinijs faceret; cum iam vincendum necandumque ab hoste fortiore, infelicitissimoque perspiceret, persuasit, vt milites ramis prægrandibus prælatis siluæ speciem præberent; & percussorem ei immisit Mackduffum, qui non natus, sed cæsus ex matris utero. Multis hæc describit Boetus: pro fabula Milefia vel nimio ex Atellanis ridet ille alter: sed hæc dæmonis mores mire exprimunt: nec continent quidquam, quod fieri non possit, aut quod fieri non soleat, de siluarum stratagemate Olaus, & alii similia: de pseudoracalis dæmonum plenæ sunt historiae.

4. Idem hodie dicendum de sorte consultoria, qua inquirimus, quid nobis faciendum, vel iudicandum. nam & hæc sub anathemate prohibita. a probatur quia non licet huiusmodi, nisi à Deo, inquirere: Deus autem non vult nos suam voluntatem per sortes indagare: sed petere illam à doctrina Ecclesiæ, S. Scriptura, superioribus nostris, ac alijs

Bucan. l. 7. in prin. de Hec. Boe. l. 12. ante med.

a can. loc. res. 28. q. 1.

doctis



doctis ac pijs viris. Mortale autem est, quando aliquid superstitiosi adhibetur, vel sorti certo creditur: si vero vtrumque deesse, & sine superstitione vlla, simpliciter quis sorte voluntatem Dei inquireret, probabiliter tantum sorti credens, foret peccatum veniale.

## CAPVT III.

## De Coniectatione.



Vt vsque sermo fuit, de prænotione prorsus licita, de qua est c. 1. vel de prorsus illicita, de qua fuit cap. 2. Nunc sequitur agamus de ea, quæ aliquando licita, aliquando illicita est: quam vocamus *C. n. est. ationem*. hæc velest Physica seu Naturalis, vel Politica seu civilis, quæ *sortu*, nomen retinet.

## QVÆSTIO I.

## De Coniectatione ex astris.



Naturalis coniectationis classem refero, quæcumque causis naturalibus vere innituntur, vel saltem eas non improbabiler omnino prætexunt: cuiusmodi sunt agriculturalum, pastorum, nautarum, architectorum, medicorum, physiognomorum, chiromantarum, astrologorum, & oniroplarum: de quibus nunc sigillatim nobis est disserendum.

Quoad coniectationem, siue iudicariam ex astris mathesim, duæ possunt eius species constitui, prior licita, posterior illicita. Prima species est, *astronomia*, quæ nititur vniuersalibus, veris & incómutabilibus principijs, & scientiam consequitur futurorum ar-

A tis: veluti reuolutionis annorum, cursus siderum, distinctionis eorum, item naturæ solis & planetarum, eclipsum, stationum, retrogradationum, aspectuum, coniunctionum, oppositionum, & similibus: quo in genere quædam iam prodierunt vtilia, & maiora expectantur, Tichonis Brahei, Nobilis Dani. Altera est, *Astrologia*, tam dissimilis priori, quam pellex coniugi iustæ: quæ nititur principijs communibus variabilibusque, & prædicat effecta euentuum futurorum, non necessariorum, sed contingentium: quæ ab astris necessitudine aliqua dependentium. Et ex illa priore, in hanc tandem, *Chaldaei*, deflexere. Sic vocati initio Sacerdotes Babyloniorum, teste Diodoro Siculo libro secundo Biblioth. eo quod Chaldæa natio in hoc genere antistabat. Sane ideo receptum postea vt simpliciter, *Chaldaus*, Astrologum significarit, licet *Arabs*, latronem, & *Chananeus* mercatorem, sic vsurpant Daniel, prophetæ suæ 2. v. 2. Iuuenalis, Satyr. 6. & Gellius, libro primo noct. Atticæ. ca. 9.

Astrologiæ huius partes sunt quatuor, prima versatur circa, *Reuolutiones*, & prædicat totius anni bello, paceque vicissitudines, aëris salubritatem, annonæ pretium, morbos animantium, &c. Secunda continet, *Magisterium Natiuitatum*, docens quid sigillatim homini tota vita obtinget. Tertia vocatur, *Electionum*, quæ docet quid in singulis rebus consulto & vtiliter faciendum, quid omittendum, quando ædificandum, quando mihi nauigandum, equitandum ve quando egrediendum manendum ve domi, denique quando & quibus locis singula facienda, vt feliciter cedant, hæc se mirabiliter iactabat, meus olim in Mæthesi Doctor. Ioan. Stadius: ipsi tamen, si de-



mas, quæ per imposturam aliquando consequeretur, omnia pessime & infelicissime cedebant. 4. est, imaginum suspendarum, plane præstigiola, & à nobis, si. i. latis confutata. Trium ceterarum, nulla quidquam habet certitudinis, sed quo longius abit quæque à communibus illis astronomiæ canonicibus, & ad particulares singularesque euentus propius accedit, eo à scientia & certitudine longius recedit, & mendacio vanitati que sese arctius adiungit. Vnde.

Sit i. concl. Astronomus non recedens à suis vniuersalibus, commensuratis, immediatisque principijs, potest iuxta canones artis suæ certo prædicere, etiam multis antequam eueniant annis vniuersales illos artus suæ euentus, nisi tamen vel supputatio, vel instrumenta eum fallant. ] Hinc ortæ Ephemerides, quæ vulgo circumferuntur. Hanc conclusionem neminem puto negaturum, quia sicut se habet res ad esse, sic ad cognosci: euentus isti necessarij sunt, & certi: poterunt igitur certo cognosci. Iuxta eandem rationem, poterit ex Lunæ & Solis vario colore & alijs phænomenis, astronomus ventorum, pluiiarum, serenitatis & huiusmodi vicissitudinis tempestatum euentus probabiliter prædicere, ratio, quia vt plurimum hæc accidunt, aliquando tamen ob peculiaritates aliquas causas impediuntur. Huc spectant Arati, Ciceronis, Hesiodi, Virgilij, & Germanici de Phænomenis carmina.

2. Conclusio, Astrologia species illa prima non est supersticiosa, si tantum proficitur opinionem cum formidine oppositi: v. g. minantur astra annonæ caritatem, forte futura durior annona: metuo ne sit, &c. Secunda vero non est supersticiosa, si tantum proficitur suspicionem, v. g. suspicio est hunc puerum

A fore talem: inclinabitur ad hoc: horoscopus illi talia portendit, &c. Tertia pars demque non est supersticiosa, si tantum dicat se aestimare, quod res bene sit cessura: & reuera animo suo non plus tribuat, quam verbis præse fert, (quod in omnibus his tribus notandum) fusi hæc docet Conrad. VVimpina lib. de Fato: & alio opere de superstitione lib. 2. cap. 7. ratio, quia propter consideratos euentus similes, ad similem astrorum polituram sæpe subsecutos, licet nobis aestimare, suspicari, & metuere similia: neque vllum peccatum in hac obseruationis cautione versatur: quæ est portio quædam prudentiæ, & ideo secundum quæst bona.

Tertia conc. Astrologia vilo istorum trium modorum vltius tendens, & prædicens aliquid vt certo euenturum, mere illicita est, & supersticiosa: totaq; huiusmodi diuinitio incerta est ac vana, nec artis aut scientiæ digna nomine. ]

Notandum ex Caietano a solere hic incurri tria peccata Mortalia, secundum tres modos excedendi. Primo quando Christianæ fidei mytheria fidelis subiiciuntur, & deducuntur ex astrorum influxu vel situ. qua in re peccauit etiam Petr. Haliacensis, qui diluuium Noë, natiuitatem Iesu, religionis fideique mutationes & alia huiusmodi supernaturalia arcana astrorum disciplinæ subiecit: Firmicus quoque, Albumazar, Aponensis, Machiauellus, & Paul. Iouius. Itaque complures in eundem scopulū impegerunt: quos perfidiæ reos merito peregit Ioan. Picus Mirandulæ & Comes. Refellit hoc dogma, quia talia mytheria à libero Dei decreto dependebant solo: Deus autem, vt constituit, sic etiam potest cælorum cursus immutare, id eoque Christiana religio cælis superior



est confenda. *Confessio enim, eius super cœlum & terram. d*

Secundum peccatum est, quando futura contingentia, ex astris censent certo præsciri posse, hoc enim tollit libertatem humani arbitrij. Nam si certo præsciri possent, hoc foret quia actiones illæ ab astris, & non ab arbitrij libertate penderent, sicque desinerent esse futura contingentia. Contradictoria itaque sunt certo aliquid huiusmodi prædici, & tamé huiusmodi libera siue contingentia esse.

Tertio peccatur, quando interrogationes & electiones cœlestibus hisce corporibus subiunguntur, vt certæ cuidam causæ, & tanquam legis decreto: ita vt quishanc vitæ actionibusque suis regulam, & normam præfigat. Hoc enim repugnat dignitati diuinæ gratiæ, quæ vincit naturam, repugnat etiam diuinæ legi, quæ talia vetat sic obseruari, repugnat nostræ mentis & consilij dignitati, qua cunctis rebus corporeis lumus præstantiores, & sublimiores.

In duohæc posteriora peccata incidunt, quotquot plusquam oportet huic astrologiæ tribuunt, vt veteres Chaldæi, & qui in libris iuris vocantur Mathematici ac Planetarij: & ex recentioribus, ideo cauendi, Iul. Gaulticus, Leouitius, Cardanus, Bellancinus, Ioannes Stadius, Iunctinus, & Nostradamus, contra quos omnes est præcedens tertia conclusio.

Quæ probari potest ratione, & auctoritate. Ratione, quia cum euentus isti non existant necessario, & certo, non possunt certo & necessario præsciri. Deinde quia hi effectus non continentur in astrorum potestate, quibus etiam nec Deus, nec humanum arbitrium subsunt. Et aliæ plures rationes peti possunt ex bulla Sixti V.

A contra astrologos, & ex doctissimo, prolixoque opere Ioan. Pici contra Astrologos.

Auctoritatis probatio, suas habet classes. 1. probatur Scripturæ sacræ testimonijs, quæ docet rerum futurarum præscientiam solius esse Dei e, & eam prorsus adimit homini f, monet ne quis discat astrologiam, vel ab astris sibi timeat, & has esse vanas leges infidelium g: ne sequamur vanitates philophorum, καὶ τῶν σοφῶν. ἵδὲ χόσμη, secundum elementa vniuersi h, quod de astrologia D. Athanasius accepit: ridet augures, & ostendit à scientia sua Babylonios & Chaldæos fuisse deceptos, illudque ipsis studium inutile & noxium fuisse i. Quis Deo non credat: Ecce, clamat ipse Deus: Ego sum Dominus irrita faciens signa diuinorum: & Ariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens, k. Ex his locis patet errasse Salisberiensem cum libro primo, capite vndecimo. scribit, viguit autem ista scientia, & forte eam aliquatenus licuit exercere donec Deum natum nunciaret stella de cœlo, magosque non reprobos, primitias fidei ad eum adorandum nouo & inaudito ducatu perduxit, exinde vero penitus interdicta est. Immo vt semper mala fuit, sic semper interdicta iure diuino fuit.

B  
C  
D  
E

2. Quia concilia & canones PP. grauissimis pœnis præstitutis, eam damnant: longum foret verba adscribere. loca indicabo, cap. illud, cap. illos, cap. sed & illud, 26. quæst. 2. cap. igitur, 26. q. 3. cap. non liceat, 26. qu. 5. c. 2. de sortileg. Concilij Tridentini Index lib. damnator. Reg. 6. & plenissime Sixtus V. P. M. bulla contra astrologos. Equidem lego apud Epiphanium 1, olim Aquilam Ponticum ex Ecclesia pulsum, eo quod his studijs nollet abstinere.

e Esai. 41. v. 23.

f Eccles. 8. v. 7. & c. 1. v. 14.

g Iere. 10. v. 2.

h D. Paul. ad Colos. 1. v. 8.

i Esai. 47. v. 10. & 13.

k Esai. 44. v. 25.

libro de Ponder. & mensur.



3. Damnat eandem Ius civile Romanorum, libro secundo. C. de Malef. & mathem. l. Mathematicos, C. de Episc. aud. quibus & ars interdicta, & codices incendio, & videntes damnantur exilio: sed alibi etiam morte plectuntur, lib. 5. C. de malef. & mathemat.

4. Ut omittam originem, & Eusebium, libro sexto, de prap. Euang. capite nono. damnant communiter Patres orthodoxi, Basilius homil. in Genes. 6. & i Princip. Prouerb. D. Chrysost. in capite secundo. Matth. D. Ambros. libro quarto. Hexam capite quarto. D. August. libro secundo. de Genes. ad litteras. capite decimo septimo. & lib. 2. de doct. Christ. a ca. 21. & li. 5. de ciuit. Dei, aliquot primis capitibus, & homil. in Psalm. 61. D. Gregor. homil. de Epiphania. Ioan. Salisberiensis libro secundo. Polycratici, capit. 19. & 24. & 26.

5. Damnant communiter Theologi, tum veteres, vt D. Thom. 2. 2. quest. 95. ar. 5. S. Bonauen. in Centiloquio. D. Anton. 2. par. tit. 12. capite primo. § 6 Petr. de Tarentasia. Richard. Paludan. Gabr. Mai. in 4. sent. Guilb. Paris. tract. de legibus ad longum. tum recentiores, vt opere doctissimo & vberissimo, Phænix æui sui, Ioan. Picus Mir. & eius nepos, contra Bellancinum patruum libros defendens, Ioan. Franc. Picus, libro quinto. de Prænot. Iulius Siren. libro nono. de Fato à capite vigesimo nono. qui tamen postea. 36. & 37. videtur aliquantulum plus a quo tribuere astrologis, item Ciruelus. Davocensis Theologus, philosophus & mathematicus bonus li. de superst. p. 2. ca. 3. Mich. Medina lib. 2. de recta in Deum Fide capite secundo. & nosster Bened. Pererius l. integro de diuinat. astrolog.

6. Damnant communiter Iurisperiti tam Canonistæ quam Legistæ, Ioannes Andr. Abbas, Ancaranus, Ananias in cap. ex tuarum, de sortileg. Turrecre-

A mata in d. cap. illos, & in summa de Ecclesi. Alberic. Rosarus in voce, Sortilegus, Troilus Malucius tractat. de sortibus part. 1. Bal. Salicet. & alij scribentes in li. 2. & 5. C. de mal. sic. Grilland. de sortileg. qu. 3. num. 08. auo & nono. num. 13. cum seqq. & q. 11. num. 16. Pet. Eeloyherius libro tertio de spectr. capite nono. Ioan. Horoleus Episcop. Guadixiensis libro secundo. de vera & falsa prophetia capite 29.

B. 7. Damnat huius artis peritus, ex ipsa experientia, & praxi horoscoporum, viginti scematis & exemplis allatis Sixtus ab Hemminga Erisius recenti opere: astrologiar. refutata.

8. Damnant philosophi & medici, ex veteribus optime Bardesanes Syrus & Diogenianus, apud Eusebium, d. libro sexto. capite sexto & septimo. & plures alij apud Ioan. Stobaum sermo 78. ex Neoteris, Georgius Trapezuntius, libr. cur astrologorum iudicia vt plurimum sint falsa? & Francisc. Valef. lib. Sacra philosophia cap. 31. Nec omittendum dictum prudens medicus cuiusdam Iudæi: qui cum Petro Castella Regi (cui scuitia morum, & innoxius sanguis, vxoris, fratrum, Episcoporum, Principum, Nobilium plebeiorumque innumerorum, Crudelis, nomen peperit) eo quod Iudæus illi ex Horoscopo noua imperia, & montes (vt aiunt) aureos addidisset, rebus postea desperatis querenti, & qui vaticinij fides constaret, respondisse fertur: celo rigente, si quis in balneo lauet, sudaturum nihilominus astris studia vitæ moresque plus posse significans auctor Ioan. Mariana libro decimo septimo. de rebus Hispan. capite decimo quarto.

E. 9. Damnat ipsemet vanitatem cunctarum studiosissimus sectator & corryphæus, Henricus Cornelius, scribens, hanc artem nihil esse aliud,

quam



quam superstitiosorum hominum fallacem  
coniecturam: qui ob multi temporis usum de  
rebus incertis scientiam fecerunt: in qua, e-  
mingenda pecunia gratia decipiant impe-  
ritos, & ipsi simul decipiantur. ] Hæc ille  
malus. li. malo bonum perhibens testi-  
monium arti non bonæ.

10. Damnant Historici, vt Tacitus,  
cuius illud præclarissimum exstat l. 17  
de mathematicis, genus hominum insidum  
potentibus, sperantibus fallax; quod in ciui-  
tate nostra verabitur semper, & retinebi-  
tur.]

11. Damnant poetæ, vt Sibyllino-  
rum oraculorum auctor lib. 3. vt Iu-  
venalis Satyr. 6. vt Ennius, cuius illa  
sunt egregia;

Non habeo denique nauci Marsum augu-  
rem,

Non vicanos haruspices, non de circo a-  
strologos,

Non Isiacos coniectores, non interpretes  
somnia,

Non enim sum h, aut arte diuini, aut  
scientia:

Sed superstitiosi vates, impudentesque a-  
rioli,

Aut incertes, aut insani, aut quibus ege-  
stas imperat:

Qui sui quæstus causa fectas suscitant  
sententias.

Qui sibi semitam non sapiunt, alteri mon-  
strant viam.

Quibus diuitias pollicentur, ab his drach-  
mam petunt:

De his diuitijs sibi deducant drachmam  
reddant cetera.

Apud Laertium ab anu domestica,  
merito ridetur Thales; in quem Gahrie  
festium exstat epigramma; Iusere, &  
alij, in Anthologia lib. 2: sed præ cæteris  
illud Leonidæ placet quo astrologiæ  
matrem dixit audaciam, obstetricem

A stultitiam: & ridet mœchæ maritum-  
iactantem se gnarum probri alieni &  
infortunij. domesticum dedecus cum  
ignoraret. Lusit in eundem martyr  
Morus;

Astra tibi æthereo pandunt sese omnia  
vati,

Omnibus & que sint fata futura mo-  
nent:

B Omnibus astra vxor quod se tua publicat,  
id te

Astra, licet rideant omnia, nulla do-  
cent:

& quæ sequuntur pari sale ac lepore  
condita.

Sed non desunt astrologis quædam  
argumenta. Obijciunt primo, illud Genes.  
1. v. 14. de luminarib cæli: Et sint in signa,  
& tempora, & dies, & annos. Vnde qui-  
dam, etiam ex numero Theologorum;  
colligunt astra, et si non sint causa: cer-  
ta tamen esse signa futurorum omniũ;  
quod non Plotino tantum, & Porphy-  
rio: sed & Origeni, & Eusebio, & ipsi  
Augustino tribuitur à Iulio Sirenio; a  
qui hoc tenet, & cõfirmat ex Ilaicæ ver-  
bis: b complicabuntur sicut liber cæli: vbi  
per cælum multi intelligunt firmamẽ-  
tum, & dicunt firmamentum vocari li-  
brum, eo quod tanquam in libro sic in  
cælo, cuius stellæ sint characteres, fu-  
tura legantur signata.

R. spondeo, astra non esse certa signa  
futurorum omnium. Nam illa Origi-  
nis sententia, refertur quidem ab Eu-  
sebio, sed non approbatur ab eo; à D.  
Augustino autem expresse & clarè re-  
tellitur. sub initium libri 5. de ciuit. Dei,  
nec vciõ sibi cõtrarius est Augustinus:  
vel Origeni fauet, in l. b. 2. contra Ma-  
nuhaos c. 21. Nam hoc, c. 27. per corpo-  
ra cælestia, non intelligit orbes cæle-  
stes, sed beatorum corpora gloriola, vt

D

a d. ca. 36  
& 37.  
bc. 34. v. 4

E



contextus manifestat. Locus autem Esaiæ nihil ad rem facit, quia similitudo desumpta ex more Hebræorum: qui libros sacros in vnico folio, siue ob longâ membranâ scribebant: & eam instar telæ textorio radio circumuolutâ, circa cylindrum, vel bacillum ligneum circumuoluebant, accomplishabant. Hinc ergo petita comparatione; sicut quando cœlum creatum primò apparuit, dicitur extensum fuisse, sicut membranaceus huiusmodi liber, quando spectandus euoluitur & exponitur, Palm. 103. versic. 2. *Extendens cœlum sicut pellem*: sic Propheta, agens de mundi fine ac cœlorum dissoluitio- ne, comparat eam libro illi complicato, siue membranæ circumuolutæ, vt optimè aduertit Auctor *Question. Orthodoxor. Respon. 90.* quod clarè explicuit B. Ioannes in Apocal. *c. cœlum recepit, sicut liber inuolutus.* Quo loco Andreas Cæsariensis consuetudinem quoque illam Hebræorum obseruauit: ex quo cum desumpta sint ad verbum ferè, quæ loco illo scribit Arethas Cæsariens. & locus eius in versione Latina sit mutilus, rectè sibi consulet, qui ex Andrea locum Arethæ correxerit. Vt igitur ad locum Moysis in Genesi reuertar, dico illic agi de signis in vniuersum, siue qualibuscunque (vt vox Hebræa *oth* denotat) nempe astronomicis, vniuersalibus, denotantibus diuersitates anni tempestatum, diei, noctisque: *d* vel etiam polyticis & forensibus: vel quandoque miraculosis: non vero agitur de astrologicis, quæ vanissima sunt, nec signi nomen merentur. Pluribus hanc Sirenij opinionem refellit, Ben. Pererius, *d. operis cap. 4.*

*Obijciunt 2. ex libro Iudicum illud, c. 5. v. 20. De cœlo dimicatum est con-*

*tra eos, stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.* ] Quo, inquit, pacto pugnauerunt, nisi quoniam Iudæis faustus. Sitaræ vero infaustus ille cursus astrorum, & fiderum statio? si ergo Sitaræ perijt propter hunc ordinem fiderum ipsi aduersum: potuit etiam hoc ipsum per astrologiam prævideri, ac metui, ac vitari. *Respondeo*, ex antiquitat. Iosephi vere huius conflictus tempore procellam magnam exortam fuisse, aquæ etiam & grandinis multum oculis Cananæorum offusum, & sic arma bellica ipsi vsui esse non potuisse. Quod auxilium cum cœlitus fuerit missum, ait S. S. *de cœlo dimicatum.* e missum vero fuit per angelos defensores populi Israelitici, quorum Princeps est Michael. Hi dicuntur in ordine & cursu suo fuisse auxilio Israelitis, propter ordinem malitiæ, seu hierarchiæ, in qua quisque suum ordinem & stationem seruabat; item propter continuam operatione & instantiam custodiæ cuique commissæ, in qua fideliter vnusquisque Angelus perseuerabat: quam vocat cursum; & sic eo loco stellarum nomen Angelis tribui voluere Vatablus, Vales, & alij, idque confirmant ex illo B. Ioannis. *f. vbi cauda draconis traxit tertiam stellarum partem.* Sed nec Hebræum nomen positum in Cantico Deborah, *gHaccochabim*, aliud quam stellas seu sidera significat. nec apud D. Ioan. per stellas Angeli, sed viri Sancti ex veriore expositione. h sunt intelligendi, sicut & apud Daniele, cum ait, *i Et magni erunt usque ad fortitudinem cœli; & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas.* Melior ergo Cantici Deborah interpretatio est, quam video placuisse Caeterano; sic aerem, cæteraque elementa, &

tempus Apoc.

c. 6. v. 14

d de quib.  
Pf. 133. a  
v. 7.

e Procop.  
in Iudic.

f Apoc.  
v. 3.

g d. v. 20.

h Onia  
30. in  
Matt.  
Greg. lib.  
32. mo.  
c. 14.

i Dan. 4.  
4. 10. sic  
explicat  
And. ca.  
Caeter.

e Bu  
rica



tempus ipsum fauisse populo Dei, vt ipsa quoque stella solite imbres cedere, celerantur contra Silarum pro Israele pugnas. Denique nec consequentia argumenti valet.

Pal. 18.  
v. 2.

*Tertio*, obijciunt illud Davidis: *à firmamentum annunciat opera manuum eius*, hoc est, aiunt, prænuñciat ea, quæ Deus facturus est. *Respond.* non illum esse sensum, sed hunc; pulchritudinem cælestis huius, & visibilis fabricæ nobis indicare excellentiam operum Dei inuisibilium: & cogere nos vt fateamur, non alium potuisse firmamenti esse architectum; vt Patres plerique exponunt, *b* nec dissentiunt Rabbini & Vatablus. Nam de Apostolis, haud dubie est allegorica interpretatio.

D. Hic.  
& Euthy.  
hic D.  
Ambros. 12.  
Hex. c. 4.

E

*Quarto*, obijciunt ex Historijs, sæpe has prædictiones esse veras; vt præter cæteras fuere quatuor. vna Theagenis, qui ex stemmate seu genitura addixit Augusto, imperium: *c* 2. Thrasylly, qui mortem sibi instare, miranti Tiberio dixit, quam secretò Tiberius eire cum nullo communicata moliebatur. *d* 3. Afletarionis, de quo ista Suetonius in Domitiano; *Hunc* (Afletarionem mathematicum) *delatum, nec insipientem iactasse se quo prouidisset ex arte, suscitatus est* (Domitianus) *qui ipsum maneret exitus, & affirmantem fore, vt breui laceraretur à canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissime imperavit.* Quod cum feret, euenit, vt repentina tempestate de celo funere, *semustum cadaver dispererent canes.* *4.* Est eorum, quibus summæ dignitates vel imperia vel Pontificatus. *b* astrologis ante prædicti dignitas Allabio cuidam, miræ fortuna iactato, *e* & Athenaidi; quæ

Eun. in  
vica A. d.

postea vxor, Theodosij Iunioris: *f* Imperium Rodolph. Habsburgio: *g* Pontificatus, Leoni 10. Hadr. 6. & Marc. 11. *h* His omnibus

*Respondeo*, Quando astrologi verum dicunt, tum multo diligentius esse cauendos. quia satis clarum hoc signum foret, eos pactum cum dæmone iniuisse, vt ait D. Augustin. *i* & de Thrasyllo Dion. indicat, cum scribit solitum affirmare, quæ nuncia longinquis è regionibus adferrentur. Ideoque Iurisconsulti in tituli rubrica, *k* *Maleficos cum mathematicis*, iungunt, quia vt plurimum mathematici etiam sunt malefici, vt explicat optimè Dion. *lib. 49.* cum dicit pulsos vrbe ab Agrippa, *τὸς ἀστρολόγους καὶ τὸς γοητὰς*, vnde patet mathematicos dictos ipsos astrologos, & sic mathematici in illa rubrica, & passim in iure alibi, pro solis astrologis seu genethliacis ponuntur: quo sensu etiam Historici vocabulum accipiunt: *l* & sic accipiuntur in S. C. illo apud Vlpianum, *libro septimo de offic. Procons.* quod Pythæus conseruatum edidit bono reipub. *m* Aliquando hoc nomen Chaldæos etiam, & reliquos Ariolos complectitur, vt apud Iuuenalem, *Sat. 6. Nemo mathematicus genium indemnatus habebit.* & *Sat. 14. Nota mathematicis Genesis tua.* Nunquam tamen quando prohibebatur ea superstitio, legitimam coniectationem Astronomorum, nec artem Geometrarum, vel Arithmeti corum comprehendit, quorum scientiam Philosophiæ annumerabant. Aliquando Deus permittebat, & hodie permittit, astrologos etiam ignaros, & nescientes verum prædicere, in poenâ audientium: *n* sicut & permittit aliquando sortes oraculorum esse veras, & ariolum Balam prophetizare; *o* & huc libens refero illud

C

D

E

f Zonar.  
& alij.  
g Culpin.  
in Casar.  
h Iouius  
in Leo. li.  
3. idem in  
Hadri. 6.  
Garim.  
li. 4. & O.  
nuf. Pan.  
lib. 2. de  
Genes. ad  
lit. in fin.  
& l. 5. de  
cui. Dei,  
c. 7.  
k C. de  
mathe. &  
malefic.

l Suet. Tac.  
cit. Am.  
mianus,  
ceteri.  
m Colla.  
tione,  
Mosaic.  
& Roma.  
leg. tit. 15.

n docet  
D. Aug. l.  
4. & 7.  
Confess.  
o Nu. 23.  
& 24.

Aflecta-



Atletarionis, quod in pœnam & terrorem Domitiani permissum. Sæpius id permittitur ob nimiam quærentium curiositatem, teste D. August. p qui rectissime addit, *non quia vera sit prædictio, idcirco minus esse superstitiosam, vel sacrilegam, vel ideo magis licere prædictionibus talibus fidem dare: sed semper retinendum illud Dei præceptum; Etiamsi dixerint nobis, & ita euenerit, ne credamus eis.*

9] Denique quod de somnijs dixit Aristoteles; hic quoque verissimum, huiusmodi diuinationem, non nisi ex accidente fore veram. sicut enim qui assidue iacit aleam, vel talos figit. is aliquando seniones; aliquando Venerem iacit, inuenitque: sic cum isti centies mentiantur; quid mirandum. si ter verum dicant? sane si mendacia notarentur, mille forent, pro vno vero dicto: Pauca notantur, non adeo tamen: quin veris longe plura. Quis nescit Hebræos illos, qui Leoni Isauro vera quædam prædixere, ob mendaces prædictiones, Arabia pulsos fuisse, & cum Zitam Principem in infelicem iconoclastiam perpulissent? Quis de Pancratio non legit; eum & Constantino Irenes filio Impe. cladis maximæ, & sibi ipsi necis causam fuisse: / Quis Constantini Stethati nescit amentiam: qui & sibi, & Alexio Branæ, stulto vaticinio, exitium attulit? habebatur tamen Stethatus Princeps sui temporis Astrologorum. † Quis nescit, qua hætenus vanæ omnes prædictiones eorum, qui diem vel annum aduentus Antichristi, velexidij mundi, prædixerunt? † Mitto Petri Leonij Spoletani insignis medici inanem huius Matheis fiduciam, qua mortis Laurentio Mediceo occasionem, & sibi ipsi præbuit præcipitationis in puteum: x Mitto. quod Cedrenus narrat de Abrahamo, Gnethliacos coram Aegypti Re-

A ge vanitatis conuincente. Mitto Manuelem Connenum Imp. cui magno stetit, nimis additum esse huic insanig: quæ illum & classe maxima nudauit, & posteritati semper ridendum propinauit. y Mitto Ioann. Galeacij ducis Mediolanensis factum, qui cum ei astrologus quidam mortem immaturam plane prædiceret, sibi ipsi vero longam vitam polliceretur: hominis ridens stoliditatem, statim stragulari eum iussit. z Mitto mendacium duplex Petri de monte Ilicino in Concilio Constantiensi, quod Aeneas Silvius narrauit. a Addam duntaxat duorum Principum diuersa iudicia & mores.

Alphonfus Aragonum Rex sapientiæ veræ amator, in litteratos omnes mirè munificus fuit, solos astrologos à curia sua arcebat; prudenter censens, sibi nihil opus eorum industria, eo quod sidera stultos regere, sapientes astris censeret imperare. b Contra Cardanus memoriæ commendauit Ludouic Sfortiam, versutum potius quam prudentem, & perfidum quam æqui bonique amantem Principem, Alfonso dissimillimum, impendiosum quandam astrologum, artibus imperitissimum auuile, in quem plus centum auri magna talenta profuderit. c Astrologus pro tanta mercede tempus vnicuique negotio inchoando præscribebat, adeo ridicule: vt Princeps cogere- tur temporibus maximis equum consendere, & cum aulico comitatu ac stipulatoribus alio migrare per medios imbres, per connum & lutum, non secus ac si hostium manus fugeret.

E Tam felici euentu, vt, regno tandem à Gallorum Rege spoliatus, captus, in carcerem compactus, colapho cæsus, in claustrata ferrea mori uisus fuerit, verum fortuna uiriusque ludibrium. ] Ioan. XXI.

p lib. 2. de  
doct. 1.  
Ch. y foit  
c. 22. & 23

Deur. 13

Zonar.  
tom. 3.

Paul. Di  
con. 1. 23  
rerū Ro-  
manarū.

Nicetas  
ib. 1.

vide cō  
ment. no  
strum in  
Seneca  
Ora. v.  
386.

x Louius  
in Elog.

y vide Ni  
cetam  
Chon. 1.  
1. & 7.

z Corne-  
tus facti  
distori  
que Me-  
morab.  
lib. 4.  
Alfoala

b Sylue-  
lib. 4.

c Card-  
nus in  
Prolem.  
de astro-  
iud. lib. 1.  
text. 114.

Pont. F.



Pont. Max. (qui ante Petr. Hispanus auctor Summularum) medicus philosophus, astrologus, ex stellarum situ & positura longam sibi vitam in Pontificatu pollicitus coram familiaribus suis: quarto post mense, Pontificatus octavo, subito corrumpente testudine recentis ædificij, viterbij oppressus interijt, auctoribus Valerio & Stella, in vita Pontificum. Sed quis astrologorum se Alphonso Sapienti, (hoc illi nomen vanitas ista tribuit) præferat? Quæ laudi, maiori & veriori fraudi fuit: ut Marianæ nostri verbis: Emmanuel sane patruus, suo & aliorum procerum nomine, Alfonso publica sententia in conuentu pronunciata, regno priuauit, ea calamitate dignum, quod diuina prudentia opera, & humani corporis fabricam insigni lingua procaitate, ingenijque confidentia, accusare ausus fuerit. vti vulgo hominum opinio est, ab antiquo ducta permansus. Voti stoliditatem nunquam inuictissime iudicauit. [Vanæ sapientiæ persuasio, huc insipientiæ perduxerat.] Id forte astræ memorant portendisse eius artis non ignaro, si ars est, & non potius inane mortalium ludibrium, quod à prudentibus semper accusabitur [verum dictum & Tacito vsurpatum] & semper tam in paronon habebit. Ex eo ferunt suspicacem esse redditum, & ex metu crudelem, &c.

Cernis quo illum hæc vanitas præcipitarit, & fecit ut alia sapiens, sibi ipsi toto vitæ decursu (notatum id) desperet, pessimeque semper consulere. Ægyptios deditos aiunt huic vanitati, maxime Alexandrinos: quod tamen prudentiorum fuerit iudicium, possumus ex Suida colligere. Tradit, Alexandrinæ solitos astrologos vectigal pendere βλαχηννομιον, nuncupatum: quoniam eos non nisi fatui homines

A consulerent, quos Græci, βλαχάς, vocant: ducta Mataphora ab inutili pisce, quem ne canes quidem velint attingere.

B Concluf. 4. Si non superstitiosi, certe noxi infirmis illi medici sunt, qui secundum lunæ & aliorum planetarum in signu Zodiaci stationes, de morbis iudicant, verbi gratia, quo cuique euenerit agritudo, & quo illi pacto medendum: nec non chyrurgi, qui in vulneribus idem obseruant, & dies considerant vulneris, & stellas eis præfidentes (quas vocant, Centel, Neus, Dibergibel, Lachadiel, Sapiſſa, Elebra & simil.) & inde prænunciant vulnus esse lethale, vel sanabile.

C Hæc omnia fufè describit Conrad. VVimpina, tales etiam videntur illi astrologi, qui generatim pronunciant, qua die pharmacis, venarum sectione, aut cucurbitulis corpus sit euacuandum. Merito suspecta sunt hæc omnia, quia stellarum non est tanta vis in hæc inferiora, & si qua talis vis foret, ea posset & soleret aliarum particularium causarum concursu plane impediri. Imo & sola materiæ indilpositio, lunæ & astrorum omnium actiones euariare facit, teste Galeno, cui Auicenna consentit. quare obseruationes & effectus huiusmodi dierum indicum, prouocantium, vel criticorum, longe magis dependent ex materiæ dispositione, concoctione, & status morbi temporibus ac symptomatibus, quam ex sideribus: quæ est vera sententia Hippocratis & Celsi. Longius etiam aberrant isti Astrologi, quia præcipue attendunt ad quosdam lunæ imaginarios angulos, aspectus, & conformationes: paruifacientes vel contemnentes potius, quomodo ad cæli vel siderum influxus recipiendos materia disposita fuerit, &

E

a d. l. 3. c. 8  
& 9.lib. 2. de  
dieb. Criticis.  
cl. 4. Fen.  
2. tract. 1.  
cap. 1.Hippoc  
rasisim &  
Celsi. 4.  
cap. 4.

Dadd

quæ



el. 12. The  
rapen.  
lib. 5. de  
diebus.  
Critic.  
g Epist. 35  
h. 1. de vit.  
Sælitus  
confer-  
uanda.  
el. 12. epi  
stol ad  
Politiani  
& Picam.

quæ periodi temporum, quæve con-  
coctiones & crises sint morborum.  
Hos ergo merito maxime Galenus  
& multos eorum patefactis erroribus  
Ioannes Langius impugnavit: & Mar-  
tilius Ficinus, qui iunior ista defende-  
rat, eadem postea fatetur se scripsisse,  
i non ut probaret, sed ut cum Plotino  
astrologorum ineptias rideret.

Concl. 5. Pars illa interrogationum,  
quæ res occultas inuestigat, ut furta, the-  
sauros, virginitatem, &c. plane verita  
& perniciofa est omni iure. Prohibent sacra  
littera, Leuit. 19. v. 31. Non declinetis ad  
magos, nec ab aruolis aliquid sciscitemini ut  
polluamini per eos. Deut. 18. v. 10. & 11.  
Nec inueniatur in te qui lustrat filium su-  
um, aut filiam, ducens per ignem, aut qui a-  
riolos sciscitetur, & obseruet somnia atq; au-  
guria, nec sit maleficus, nec incantator, neque  
qui Pythones consulat, aut diuinos, & qua-  
rat à mortua veritatem, omnia enim hæc  
abominatur Dominus, & propter huius-  
modi scelera delebit eos in introitu tuo. Iu-  
re Ecclesiastico prohibetur hoc capite  
primo & cap. ex tuarum, de sortileg. Iure  
ciuili plurimis rescriptis. l. item apud  
Labeonem §. si quis astrologus. D. de iniur. l. 1.  
& l. nemo aruspex. C. de malef. & ma-  
them. lib. 1. C. de thes. libr. 10. Tolerantur  
hi sæpe in rebus publ. sed exemplo  
pessimo & publico malo.

## QVÆSTIO II.

De coniectatione, ex elementis, me-  
teoris, plantis, arboribus,  
brutis.



Stris & cœlis proximum,  
de quo certo constat elemen-  
tum est aër fatis valde enim  
probabile est ignis Spheram

A propriam esse nullam, quæ sententia  
valde antiqua est, & à recentioribus  
quibusdam strenue defenditur, vi-  
detur hæc mens Aufonij in Gripho  
Ternarij.

*Tres Charites, triafata, triplex  
vox, trina elementa.*

B In media regione aëris variæ valde  
sunt impresiones meteorologicae.  
Exhalationum copia gignit magnos  
& paruos ignes, diuersissime con-  
figuratos, pro exhalationum ipsarum  
forma diuersa: ut modo videantur  
flamma, modo columnæ, modo  
lanceæ, modo stellæ saltantes vel di-  
scurrentes, descendentes, vel ascen-  
dentes, aliquando vero & cometa  
multiplices, de quibus non est nunc  
tempus agendi. l. quibus omnibus com-  
mune est magnam temporis siccitatē  
denotare: signa quoque esse ventorum  
diuturnorum, vel violentorum:

C quod maxime cometis conuenit, qui  
si frequentes fuerint, etiam præsignifi-  
cant sterilitatem, famem ac pestem:  
eo quod vis cometæ omnem vaporum  
& exhalationum humiditatem absumit:  
vnde consequenter mortem mi-  
nantur biliosis, & qui ardentioris sunt  
naturæ, quales plerique Principum &  
Magnatum: eadem siccitatis causa,  
ad bella quoque & seditiones incli-  
nant. Cætera quæ his astrologi &  
Squarcialupus addunt, vana sunt &  
fallacia: quæ dixi, naturæ consentanea  
videntur. Fit tamen non raro ut co-  
metarum causa sit, supernaturalis dum-  
taxat Dei dispositio, ut quando fasti-  
dium aliquem euentum portendunt,  
quod sæpe numero accidisse allatis  
Historiarum exemplis olim, teste Ori-  
gine, libro primo contra Celsum, docuit

D  
E

Chere-

& Hieron  
Cardi. l. 1.  
de variat.  
c. a Scipio  
ne Capri-  
cio l. 1. de  
Princi-  
pis. Frici  
Patricio  
lib. 7.  
discuti.  
Peripater  
to. 4. Fia  
Valcholo  
facta p  
sol. ca. 10  
Villafra  
deo & a  
lius.

(Vide A  
rista. M  
cora. c.  
Plin. lib.  
Nar. lib.  
& ibi Co  
ment. M  
lichi. 8.  
necam l.  
1. Nat.  
quæst.  
Contra  
l. 1. de  
Card. l.  
de Subi  
lib. 1. 2. 4  
de variat.  
Scaligeri  
cōtra Car  
exerc. 79  
Franco-  
sto, in lib  
de Ho-  
moc. &  
Andr. Du  
ditum.  
tract. de  
Cometis  
& epist.  
ad Iouan  
Cratonē



Cheremon, *lib. de Cometis*, qui si exstaret, fortassis deprehenderetur nata hac inde opinio, quod quæ vni regioni seu regno fœlicia fuere cum aliorum clade coniuncta erant: Vel sane causa est Dei dispositio hoc pacto volentis admonere homines, de imminente publica calamitate, vel morte Regum aut Principum, vt ad penitentiam & morum emendationem recurramus *m.* Tunc autem cometæ pertinent ad ostenta (de quibus actum) & Dei caritatem nobis egregie commendant, non ferientis nisi nos prius admonuerit: idcirco videmus crinitas stellas in eam partem comam diffundere, cui minantur. Mirificum huiusmodi commotionis signum, narrat Gobelinus Persona *a:* nempe in monasterio Bodkensi, quod B. Meinulphus confessor exadificauit, quoddam miraculum ordinarium cōtigisse talibus ostentis annumerandum: *Tintimabulum* (inquit) quoddam magnum ancum bene sonorum in eodem monasterio reuerenter asseruatur. Nam quoties aliqua ex eius monasterij sororibus breui erat abitura è vita absque vilo humano ministerio, per se sortem reddebat sonum.] Rideat hæreticus, vt lubet: sed alia duo similia accipiat, etiam si non lubet. Scribit Leonard. Vairus *b.* in Celtiberia oppido *Vililla campanam esse, quam vocant incolæ, campanam Miraculorum: hanc per aliquot menses priusquam resp. Christiana aliquid aduersi patiatur, ex se ipsa nemine pulsante, sonare solitam, cuius rei* (sic ait) *testimonium per publicos tabelliones hujce oculis egomet legi, præter fidem, quam de eadem re illius regni Proreges faciebant suu luteris.*

Accedat & aliud è Gallijs, quoniam Hispaniam à testimonio arcent aduersarij Eodem Vairo teste, ad flumen Rhodanum, in Sequanorum confinio, situm est nobile monasterium S.

**A** Mauritijs. Viuarium illic visitur, in quo iuxta numerum monachorum pisces ponuntur. Illorum si quis ægrotet, pisciculus quoque semiuiuus cernitur supernatare, quod si monachus è vita migraturus sit, paucis ante diebus piscis moritur. Hoc ita se Vairus accepisse scribit, tum ab Antonio Cardinale Granuellano, singulari bonarum artium patrono, teste oculato: tum ab alijs fide dignis, vt rem locis illis notâ atque omni fide contestatam.

**B** Porro cum exhalatio quoque sit venti materia, & ventorum ideo præcipuæ qualitates sint, caliditas & siccitas: facile intelligitur, cur ex ijs & lanitatis corporum, & fertilitatis anni probabilia signa queant desumi. Qui de ventis plura volet, alibi quærat *c.*

**C** Secundo non pauciora fiunt ex vaporibus, quæ & ipsa suas adferunt probabiles prænotiones. Ex nubibus quam multa queant prædici, post quædam Gerardum, docet Conrad. V Vim-pina *d.* nec sua rustica prognostica de sunt pluuijs communibus, nec prodigijs pluuijs *e.* siue naturalia tēpestatissimi, siue supernaturalia iræ diuinæ comminatoria. Anno superiore 1500. die 18. Febr. prope Arequipam. ex illis qui multi in Peruana sunt montes igniuoni (*vulcanos vocant*) vnus, eorum *Guyana putina*, principio candidam nubem visus pecorarijs è longinquo eructare, quam consecuta est procella fragminū ingentium quasi auulorum à rupibus, sed ignitorum: hæc paulum spacij progressa comminuebantur in minores lapides, & paulatim centesimo ferme passu à cratere in cinerem. Vbi fæxa decidebant, cuncta reuulsa, diruta, comminuta, intererempta: vbi lapides, parci mortales euafere vel iumenta. fors Hispanus iter

**D** *c. Vide Se-  
accam l. 5  
Nat. que-  
stio. Pli. l.  
2. ar. c. 40  
& ibi Mi-  
lichium,  
Card. l. 2.  
de varic. c.  
1. & 8. Va-  
les. de fac.  
phi. ca. 50  
d lib. 1. de  
signisca. 5  
e de quib.  
Plinius su-  
pra ca. 56.  
& 58. & i-  
bi Mili-  
chius.*



faciebat eques; cum vim grandinis lapillaceæ non ferret, descendit, & se sub equo locat: sed equus non valebat subsistere præ victuum. herus videns nec tutum, nec quietum sibi sub iumento refugium: ephippium aufert, equum deserit, capiti sellam imponit, sic ægre euasit canifragium. torrentes & fluuij ac fontes nonnulli penitus exaruerunt, & alij lapsus facultas interclusa cineris multitudine, idque per leucas plus trecentas. Arequipæ primum ortæ clara luce tenebræ integrum fere mensem durarunt. Interea initio cælum fulminibus visum dehiscere, & audiri tonitrua, flammeique globi instar artilleriæ bellicæ aciebus hinc inde depositis mutuo explosæ vicissim huc illuc discurrere, ingens globus semel decidit, & à templo in proximum ambitum, inde in viam publicam patente porta erupit, & subito disparuit relicto sulphureo nitore, terræ motus inges fuit: adeo vt multæ domus conciderent, reliquæ quasi tripudiant nutantes. Nec cessauit interea pluere terram albam, instar cinerum seu calcistræ, vt nemo per plateas incederet, quin mox digiti spissitudine cooperiretur, domus, quæ nimirum, tectæ essent crassitudine semipedali: sic pleræque sub onere gemebundæ subsiderunt, malum durabat, luce per interualla potius ostentante se, quam diem præbente. Mense fere exacto cessatio fuit, & nonnulla intermissio, vt nostri qui illic degunt perscribere: sed adhuc metus manebat grauiorum. Magnam morum in melius tum timor expresit commutationem: omnes ad pedes Sacerdotum deuolui, adeo vt quies nulla daretur, & vi in cubicula penitentes irrumperent. Sic Deo lucrum animarum multarum accessit. Sed nec Satanas neglexit occa-

A fionem. Nam cum Indi pagani viciniore flammis, solita superstitione Magos accessissent. & simul ad montem illum properarent, & malis cantibus, ac sacrificijs procurarent: magos & viciniore quosque flammæ consumplerunt, cæteri omnes male multati, desperabundi pars suspensio, pars alteri bi mortem consciuerunt. Hæc narrata litteris P. Ioann. Ruizij de Alarcon scriptis Arequipæ Martij XV. anno superiore quarum hoc anno Martio mense exemplar Hispanice præscriptum legi: vnde hanc epitomen excerpti. Vix quidquam simile lectum vel auditum. Idem de grandine & glacie dicendum, (quæ specie non differunt f, & Pifidas in *κοσμογραφία* poetice non philosophice contra Aristotelem agit) Niuium quoque copia fertilitatem anni, roris & pruinæ multitudo sterilitatem potius, prænotant. nebula descendens serenitatem, ascendens imbres indicat. Tonitru & ecnephias sunt indicia pluuiæ subsequaturæ: alij verò sonitus in aere audiri consueti g, magis pertinent ad prodigia. Fulmen & prester quid pronuntient, v vimpina te docebit. b.

D Tertio maris tumor, venti: fluuiorum insolitæ eluiones, pestis annuntia sunt: terræ motus quoque idem designant, testibus Ammiano, Procopio, & alijs.

E Quarto, quoad impressiones, quæ per reflexionem lucis, circa vapores ac exhalationes fiunt (vt Iris, halo, corona, parelus, virgæ) naturalium præfensionum prognostica censerî possunt i, vt & hiatus, & quæ foueæ & fenestræ vocantur: nec non flammæ illi tractus, quibus ignis fatui est nomen, sunt enim effectus varij, exhalationis

vel va-

fValef. a.  
so. de luc.  
philof.

gVra. Ma  
chab.

h d. cap. 6

i vi. V sim  
pnam. d.  
cap. 5.



vel vaporis superabundantis & vincentis obstantia: vel interdum luminis victi ac profligati. k

5. ( Ut ad terrestria veniamus ) ex arborum quoque prouentu prognostica colliguntur, vt teste Tullio.

*Lentiscus, triplici solita grandescere fertur,*

*Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.*

Amygdalorum copia indicat mesis abundantiam. Trifolium inhorrescit. & folia contra tempestatem surrigit. Sine auris Indentia arborum folia, lanugines & pappi, popuinei volitantes per aërem, aut aquis innatantes, tempestatem prænunciant. Si rosæ violæue sub autumnum iterum floreat. pestilentia imminet. Burdigalæ, quæ pestimillam magnam præcessit hyems, aliquas in horto nostro rosas protulit, quas & vidi. Vnum hoc non videtur vacuum à superstitione, quod quidam tradidere: sub autumnum duas vel tres glandes legendas, tum cultro scindendas, trium aliquod in his solere reperiri, muscam, vermem, vel araneum, mulcam denotare discidia eo anno futura, vt vermem fertilitatem, aranea mortalitatem denotari.

Sexid, animantes etiam quædam nobis prænunciant, vt,

*Cana pulex fugiens è vasti gurgite ponti*

*Nun. iat horribiles clamans instare procellas.*

Vt & acredula matutinis instans vocibus:

*Fusaq, nonnunquam cursans per littora cornix,*

Si tamen,

*Demersit caput & fluctum ceruice recepit.*

Ipsi quoque alumni dulcis aquai rannunculi,

*Mollipedesque boues spectantes lumina cæli,*

Et quæ talia ex Arato Tullius, a & ex Hesiodo Virgil. Quid contemptius musculo, vel passerulo? tamen domos illi ruituras; hi aëris contagionem fugâ præueniunt, quorum etiam causas Francisc. Picus inuestigat, c

Ex obseruatione huiusmodi Phænomenorum, emertere canones prænotionum, quibus vtuntur nautæ, pastores, & agricolæ, de quibus non contemnendum opus extat Antonij Mizalpi Monluciani, *Ephemeridum rusticarum*. illa quidem ipsa animalia præsagij sui sunt ignara; sed impetum quedam naturalem solummodo sentiunt, mouente phantasia per humores concitata ad petendum quæ commodo, & fugiendum, quæ noxæ sunt futura. Quod sigillatim idem Picus ostendit, de ciconijs, cypselis, mergis delphine, cæteris longum nimis & lentum foret mihi, singulis inhære. Veniamus ad nobilius animal, hominem, & ex eo quædam præsagia.

### QVÆSTIO III.

*De coniectatione medicorum.*



ETIMVS d' de quadam falsa & illegitima, imo ludibriosa; nunc de vera, seriâ & gnehâ dicendum, hanc medicorû, *συνεταρτικῶν*, veteres, recentioresq; Doctores integris tractationibus sunt profecuti; e quos legere poterunt, qui plenos sitiunt crateres: mihi hoc vnum videtur vniuersim posse statui.

Signa proba sunt, quæ naturalibus principijs, & veris experiētijs cōprobantur: cætera sunt vana, & ab arte medicorum aliena. Proborum, quædam sanam integramque valetudinem

a l. i. de diuinat. b l. i. Georg.

c d. l. 3. c. 3. cum seqq

d q. 1. conclus. 4. e Hippoc. l. de Progn. & in eum commen. Galeni. Arist. sæpe in Probl. Celsum l. 2. de Medicis. & horum sequentes vestigi Frac. Picus d. l. 3. c. 7. Vvimpia. libr. de



ignis c. 8.  
& a c. 13.  
vsque ad  
21. Ioan.  
Guinche-  
rum An-  
dernaue  
ret. & no-  
ua medi-  
cinæ com-  
nen. I. Di  
d. 7.

testantur; quædam degenerantem vel iam affectam; quædam succumbentem, & iam victam quædam se recolligentem & victicem: quædam denique sunt ambigua, etiã ipsi magistris. Nec vlla tam certa, quin fallant aliquando, ideo vetus sermo verus, prætare à sexaginta medicis, quam à scabinis sex damnari, & morti addici.

## QVÆSTIO IV.

## De prænotione Physiognomica.

A



**P**HYSIOGNOMVS ex pilorũ & membrorum corporis colore, habitudine; & proportionẽ; de temperie, valedudine, quædam etiam de moribus, ingenio, & animi affectionibus putat se scire: præcipuè frontem considerat faciemque, quia hæc solet esse speculum virtutum intellectualium; & tum vocatur hæc *ματαγνωστικα*. Huius mētio apud Iuuenalem, *Sat. 6.* cum scribit frontem vati à muliere præbendam. Aristot. & Polemon confundunt cum, *Chiromantia*, quæ propriè manuum cōsiderat lineamenta, quasi quoddam virtutum actiuarum speculum: ac si considerat etiam reliqua membra totiusque corporis habitum, *Physiognomica*, vocatur.

Hanc Physiognom. veteres medici Hippocrates & Galenus diligenter excoluerunt, vt & Arist. integro libro, & qui exstat Polemon. Atheniens. *lib. de Natura signis*: quorum scripta laudantur, eo quod naturæ vestigia calcarunt. Sed recentiores Barth. Cocles, in *Anast. Physiogn.* Luc. Gauricus & alij ferè plura miscunt superstitiosa, præter vnum fortè Pet. Motium; cuius librum *de multiplici temperamento & cognoscendi. hominibus*, laudat Michael Medi-

fl. 2. paræ  
Chri. c. 2.

na: quia primo complexionis modum, deinde medico & philosophico ratiocinio propensiones & ingenia gētium prouinciarum, & singulorum hominum describit; methodus hæc vera & recta, sed scriptorem illum nondum potui nosci. visus mihi non infeliciter Conrad. v. vimpina Galeni & Aristotelis ferè omnia in compendium redigisse.

Artis fundamenta varia sunt, primum petitur à quadam cum animantibus similitudine v. g. qui paruis sunt oculis inuidi censentur, quia simiã tales; qui magnis, stupidi; sicut boues & afini ratio est: quia cum Deus auctor naturæ gnarus esset, qua quodque animal indole dotasset, singulis etiam ea addidit instrumenta, quæ huic indoli forent quàm aptissima, ferocibus, vt leoni, apro, tauro, vngues, dentes, cornua; timidis ac fugacibus, vt lepori & ceruo, artus celeri fugæ necessarios; fortib. araturis, vel onera baiulaturis, toros, gibbum, dorso, humerorumque robur; vt camelo, boui, equo & reliquis veterinarijs. Idcirco quasi ex signo & à posteriori (vt loquūtur scholæ) animantium indolem ex ipsis instrumentis corporeis; quibus à natura sunt prædita, colligunt.

Secundum fundamentum à moribus gentium atque prouinciarum desumitur; quæ cum certo sint corporis habitu, vt plurimam quoque ingenijs, moribusque discrepat. v. g. phytognomi definiunt fuscis, stupidos ac pertinaces esse, quoniam Æthiopes sunt huiusmodi.

Tertium à sexu, v. g. quia mulieres candida vt plurimum & molli sunt cute, eademque sunt pauidæ ac leues; ideo candidos & molli cute, moribus obnoxios iisdem censent. Huius secundi & tertij fundamenti ratio ducitur à com-

plexione,

gl. de sig-  
nis c. 8, 9,  
& 10,



plexione, cum enim eadem temperies simul causa sit cutis huiusmodi & morum huiusmodi: ratiocinantur, in quocunque cutis sit, talis talem esse temperiem, quare ab eodem, eiusdem temperici ratione, similes mores expectandos.

Quartò rimantur affectus animi, à motu membrorum & corporis affectionibus, tale illud Hippocratis, *Oculi non nitentes sunt iracundi: quoniam irati fixi & immoti oculis intuentur.* Sed ratiocinabatur Solomon h. dicens; *Homo Aposat, a, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum.* Et Esaias; *ignitio vultus eorum respondit eis, hoc est, vultus exterior eorum, secreta cordis patefecit, sic argumentatur Martialis k (quem vetusta exemplaria, nescio cur vocem Martialem Cocum.)*

*Crime ruber, niger ore, brevis pede, lumine laesus,  
Rem magnam praestas Zoile, si bonus es.*

Matthiam Coruinum Hungariae Regem haud illaudatum Principem, nimis deditum diuinationi, adeo vt nihil nisi consultis astrologis soleret suscipere, a tam studiolo accepimus huic vacasse physiognomicæ diuinationi, vt ex primo aspectu lineamentorū faciei, de temperamento & moribus hominum solertissime iudicaret: ita, vt, magiæ speciem æmulis præberet.

Quintum fundamentum petunt ex collatione signorum cum signis, & ex quibusdam alia colligunt, v.g. inuidiâ ex iracundiâ, cui tristitia & animi prauitas sit adiuncta.

Sit concl. *Physiognomica consistens intra cancellos naturalis Philosophia, licita est, & habet aliquid probabilitatis.*

A) Probatur primò, quia positorum fundamentorum aliqua sunt probabilia, quædam minus, quædam amplius.

2. Probatur ex sacris litteris, in quibus, *virorum robustorum facies dicuntur similes faciei leonum. c* Item quod, *in facie prudentis lucet sapientia, oculis stultorum in finibus terra. d* & alibi; *sapientia, hominis lucet in vultu eius. e* item: *cur hominis immutat faciem illius, f* & quæ iam citata g

B) 3. Ex iuris interpretibus, quorum communiore calculo receptum, quando plures de aliquo crimine sunt accusati & capti, primum quæstioni subijci debere illum, qui facie deformior: quoniam credendus sit animo quoque prauior, h

C) 4. Probatur sententia Philosophorum, Pythagoras enim ad huius disciplinæ regulas, discipulos vel admittebat, vel repudiabat. Socrates hac indicina deprehendit Platonem fore, qualis postea laudatus, i Maximi hanc fecere Plato, k Aristoteles & Sext. Philosophus: quorum primus ea vitur in Dialogis, Secundus accuratè tradidit, tertius idcirco corpus vocat animi imaginè. Cicero hinc petitis iaculis aduersarium mire lacesiuit. l Velleius Patriculus, veteres ea multum vsos testatur. m

D) Dixi non certitudinis, sed probabilitatis: quia solent quidem corporis dispositiones affectionibus animi præire, quod integro libello Galenus demonstrat: sed præire, non trahendo vel cogendo, verum leniter & assidue inclinando: ita vt bona consuetudine & freno rationis, haud difficulter illa propensio superetur. Quod de se testari Socratem non puduit, cum Zopyrus Physiognomus ex lineamentis corporis eius, bardum, stupidum, & mulie-

c c. paral.  
12. v. 8.  
d Prou. 17  
v. 24.  
e Eccl. 8.  
v. 1.  
f c. 13. v.  
31.  
g Pro. 6. v.  
12. Esai. 3.  
v. 9.

h Bald. in  
1. 2. n. 5. C  
quorum  
appell. n. 6  
recip. par.  
ris de Syn  
dicatu,  
Hippoly-  
tus, Marti  
& alij.  
i Siren. l. 9  
de Fato c.  
39.  
k in Tim.  
l Orat. pro  
Roscio  
Comæd.  
m l. 2. hist.



in Cic. l. de  
furo. Alex  
Aphrodis  
l. 4 de fato  
o Probi. 51

rosurum iudicasset. n Sic intelli-  
gendus Celsus medicus, o cum quæstio-  
set, cur prodigiosa formæ homines,  
plerumque etiam emota sint mente re-  
spondet, quia corpori consentit anima, vt  
anima corpus.]

in Alcibi  
ad Platon

Vnde sequitur 1. longe certius iudi-  
cium ferri de brutis, quam de homini-  
bus. quia bruta, propensione sola tra-  
hantur, homo propensionem arbitrij  
habent moderatur. Sequitur 2. quod  
Physiognomo non licet iudicare, de fa-  
cto. siue de actuali hominis vita, scili-  
cet hunc esse talem: sed de pronitate  
tantum ac inclinatione, vt optime cen-  
suit Proclus, p v. g. talem propendere  
& inclinari in avaritiam, mulieres vi-  
num, &c. 3. sequitur, non posse hanc  
facultatem iudicare, de donis diuinis  
& gratuitis, quia Deus hæc distribuit  
cuique, prout vult, nec de extrinsecis  
plane homini, vt morte violenta, opi-  
bus, honoribus & cæteris fortunæ bo-  
nis malisve: nec de nuptijs, statu vitæ,  
& alijs negotijs, quorum electio est  
merè voluntaria, talibus nugis plenus  
est liber de neuis Melampii. Ratio est,  
quia nihil istorum dependet à corpo-  
ris habitu, vel constitutione. Permit-  
tit quidem Deus, vt quædam diuina-  
tiones istorum euentu comprobentur:  
sed simul eos sinit falli, in ijs, quæ magis  
ipsis necessaria. Scribit Pavius Iouius  
in Elogijs, de Antiocho Tiberto Ce-  
særate, qua Physiognomns excellens  
suo tempore habebatur eum Guidon.  
Balneo prædixisse, quod ab intimo amico ne-  
caretur: Pandulfo irem Malactæ Arim-  
nensium tyranno, quod ex Patria pelleretur,  
& exul in extrema egestate periturus esset.  
Paulo post Pandulfus Guidonem ab sp. et a-  
tam virtutem & suspectam obrumet: An-  
tiochum ipsum custodiam mancipat, euentum  
prærogij expectaturus. Antiochus custodis ar-  
cis filiam, ita flexit: vt rest. ab ea impetrata

A in fossam demitteretur: sed compedum soni-  
tu productus, & à fuga retractus, cum puella  
percutitur. Pandulfus tandem exsul, & e-  
gens ab omnibus desertus, in hospitali di-  
uersorio senex perijt.] sic dum alijs cauit,  
sibi non cauit Antiochus. Potere et-  
iam illa per humanam prudentiam  
conijci. quid enim inexpectatum aut  
mirandum, si familiaris tyranno vir  
tortis, ob suspicionem; ab eo necetur?  
quid verisimilius. quam tyrannum  
inuisum, vel necari, si sit audax vel  
compelli fugam, si timidus: & semel  
pullum, ad egestatem redigi? His po-  
terunt adijci nonnulla ex Horozco  
lib. 2. de vera & falsa Prophætia cap.  
8. & 9.

## QUESTIO V.

### De Chiromantia.



HIROMANTIAM diuidunt  
in Physicam, & Astrologi-  
cam.

Conclus. 1. Physica Chiro-  
mantia licita est, & physiognom. pars, &  
ideo de illa idem, quod de hac iudi-  
catur.]

D Ratio est, quia per lines & partes  
manus, considerat ipsam corporis tem-  
periem, & ex temperie corporis pro-  
babilitè indagat animæ propensiones  
hanc probat artem Aristoteles l. 1. Hi-  
stor. animal. c. 5. & 30. ac 34. problem.  
scilicet 10. & prolixè eam exsequitur. Con-  
rad. Vvimpina l. de signis c. 10. 11. & 12.  
incautè verò Petr. Primodaius; dum  
inter duas has species non distinguit,  
omnem chiromantiam videtur dam-  
nare, Academia Franciap. 2. die primo  
ca. 4.

E Conclus. 2. Chiromantia astrologica  
prorsus vana & illicita, scientia nomen  
non meretur.] Scientiam esse nititur

probare



g. 7. var.  
lectio. c. 6

probare Anton. Verderius q. nam lo-  
qui illum de hac etiam, non de physica  
tantum pater, tum quia coniungit cum  
astrologia: & vtramque scientiam cō-  
tendit esse; tum quia, in responsione pe-  
nultimæ obiectionis, dicit harum ma-  
nus linearum significationem ab astris  
infallibiliter dirigi, &c. quæ sane Ec-  
clesiasticā mererentur censuram. quia  
Papa Sixtus V. edita contra astrologos  
& Chiromáticos bulla, definiuit. neu-  
tram esse scientiam, & vtroque pariter  
damnans, grauibus subiecit poenis cui-  
us doctissimi & maximi Pontificis sē-  
tentia præponderat omni contra sen-  
tentium temeritati: tum etiam quia in  
Cathalogo Romano librorum, quorū  
vetita lectio omnes qui Chiromantiam  
docent, a parte sunt annumerati prohi-  
bita est ergo.

7. Sac. phi-  
soto. ca. 32

Vanam esse, docet optime Franc.  
Valesius 7 doctiss. medicus, meritissi-  
mo illam detestans. primum namque  
laborant vāsanta mathematicorum de  
astrorum influētijs, quam improbau-  
mus *sup. q. 1.* Addunt de suo, quod stul-  
tius est, hanc areolam esse Iouis illam  
Mercurij, tertiam Veneris, atque ita  
porro. Superaddunt tertio tales areo-  
la lineas hoc prænotare: alias illud: quo-  
rum nihil ratione vel auctoritate con-  
firmant, sed nudo suo delirio, & præ-  
texæ experientiæ postulant nos ma-  
nus dare. Cumque tam inania sint artis  
huius principia, fuere tamen semper,  
qui hoc quoque mendacium paruuli  
digerēt. Olim prosa oratione Chiro-  
mantiam tradidit Helenus Syraculius  
Iro, quem nominat *χερσοχαρικὸν ὁ ὀ-  
νισμα* manus inspectorum augurium carmi-  
ne vero comprehendit Eumolpus qui-  
dam. vtriusque meminere Pollux &  
Suidas. Recentiores scripsere Ioannes  
de Indagine (Lutheranus, alius à Car-  
thufiano nominis eiusdem) Ioan. Tail-

A nerus Athenis, Antonius Cermifonus,  
Bartolomæus Cocles, Michael Sauona-  
rola, Petrus de Arca, Marcellus, Saja,  
Andreas Tricafsius, Michael Scotus,  
Ioan. Teukesberg, & alij: quorum libri  
scarent superstitiosis. Ars ista palmam  
manus primo in certos colliculos, are-  
olas, & lineas diuidit: areolis planetas  
singulos, lineis astra quædam præficit:  
horum denique astrorum atque plane-  
tarum vulgo creditos effectus ipsis are-  
olis ac lineis manus ascribit, vt breuiter  
B VVimpina ostendit, addens se horum  
non approbatorem, sed narratorem ef-  
se nudum: suo iudicio cuncta nanius  
esse derestatur hos, & impugnat vehe-  
mentius antiquus scriptor Ioannes Sa-  
lisberiensis *lib. 2. Policratici c. 27.*

Contra hos libratum illud Iuvena-  
lis Sat. 6.

... *frontemque manumque.*

C Præbetur vati cre r in pop. sma rogan-  
ti.

quorum prius ad metoscopum, po-  
sterius ad chiromantem referendum  
bene Britannicus obseruauit. Solent  
hanc vanitatem profiteri vxores (si v-  
xores) ex illa colluue, quæ totam per-  
uagatur Europam, Vulgo *Zingaros* seu  
*Aegyptios* nuncupant, de quibus mul-  
ta collegit Crespetus *libro primo de odio*  
*Sarana disc. 12 fol. 176. cum seq.* Sed hi

D scriptoribus Germanis, quam Gallis  
vel Italis notiores: ideo hos audiamus.  
conditionem eorum & originem sedu-  
lo perquiliuit extra res fidei non des-  
picabilis, Sed. Munsterus l. 3. cosma-  
graph. f. 257. *Cum ageretur (inquit) annus*  
*post Christum natum. 1417. primum per*  
*Germaniam apparere ceperunt homines ni-*  
*gredine deformes, excocti solo, immundi*  
*veste, & vsu rerum omnium fædi, furcis*  
*imprimis intenti: præsertim femina illi-*  
*us gentis. nam viris ex furto faminarum*  
*victus est. Tartaros aut Gentiles vulgus*

E

Ecce

vocat,

sup. c. 11



\* corr.  
cinda-  
no.

vocat, in Italia \* Cianos appellant. Ducem, comites, milites inter se honorant veste praestantes: canes venaticos pro more nobilitati alunt: sed ubi veniunt, nisi furim non habent. Equos saepe mutant, maior tamen pars pedibus graditur. Femina cum strato & paruulo iumento inuehuntur. Litteras circumferunt Sigismundi Regi & aliquorum Principum, ut transitus illi per vrbes & prouincias & incolis permittatur innoxiusque. Ferunt ipsi ex iniuncta sibi poenitentia mundum peregrinantes circuire, atque ex minore Aegypto primum emigrasse. Sed fabella sunt. Hominum genus, quod vsu compertum est in peregrinatione natum, ocio deditum, nullam agnoscens patriam ita circuit prouincias, furto (ut diximus) famularum victitans, canino ritu degit: nulla religionis cura, etiamsi inter Christianos paruulos suos baptizari curet; in diem viuit, ex prouincia demigrat in prouinciam: per aliquot annorum intervalla redit: sed multas in partes scinditur, ut non eadem in eundem facile redeat, nisi per longa intervalla locum. Recipiunt passim & viros & feminas volentes in cunctis prouincijs qui se illorum miscet contubernio. Colluuiis hominum mirabilis omnium perit a linguarum, rustica plebi grauis imminens: ubi fors illa laborat in agris, hi spolijs inuigilant castellarum. Anus eorum chiramantia & diuinationi intendunt: atque interim quo quarentibus dant responsa. quot pueros, maritos, aut vxores sint habituri miro astu & agilitate crumenas quarentium rimantur & euacuant.

Hæc de illorum moribus verissima. Vnde saepe animum subit admiratio, quo iure, vel iniuria in quibusdam prouincijs hoc genus flagitij à Principibus toleretur: non sine maximo scâdalo; & damno rusticorum. Nam scelerum impunitatem permittit, qui sceleratos tolerat. Si hos fures liceat tolerare certe & alios. Si horum chiramantia

A & maleficia reliqua tolerantur: non id est niti contra diuinæ legis, & Ecclesiasticorum canonum auctoritatem? Notoria sunt flagitia quæ Munsterus memorat & iisdem plane verbis Albertus Krantzius lib. 11. Saxonia c. 2. ut alter ab altero, velambo à Tertio acceperint. Quod attinet ad maleficium docet experientia. nam si quis illis ex sacco vel capsa vnicum nummum largiatur, omnes nummi, qui in eadem capsâ vel sacco inerant, migrasse quo vnicus ille, non raro deprehenduntur: quod apertum maleficium est. Quoad diuinationes illas, nequeunt excusari à superstitione, aut hæresi (si sic sentiunt) aut impostura scandalosa. Quod alios passim recipiant, ex nationibus per quas transeunt, id nullo pacto illis concedere deberent respub. sed tales qui se ijs aggregant, & ipsos receptatores, condignis poenis coercere. Nam contrarium est otiosos & vagabundos fouere in reip. perniciem: quod vel stolidum, vel improbum plane. Notæ sunt contra otiosos leges Aegyptiæ, & Atticæ apud Athæneum l. 4. & Pierium li. 34. Notum hodie, ubi iustitia viget, magistratus solere in tales inquirere, vnde victitent, nam nemo de vento presumitur viuere). l. fin. de alim. pupil. praest.) & merito semper commendata fuit lex Corinthiorum, quam ex Diphili comædia retulit Athæneus lib. 6.

Est optime hic statutum apud Corinthios:

Si quempiam obsonare semper splendide

Videmus, hunc rogamus: vnde viuat,

Quid faciat operis? si facultates habet.

Vt reditus harum soluere expensas queat:

Perpeti-



Perpetimur illum perfrui bonis suis.  
Siu forte sumptus superat ea qua possidet:

Prohibemus huic ea ne faciat in posterum,

Ni pareat, iam plectitur multa graui:

Si sumptuose viuit, is qui nihil habet.

Tradunt eum tortoribus. Prob hercules?

Nec enim licet vitam absque malo degere

Talem, scias: sed est necesse aut noctibus

Abigere pradam, aut fodere muros aedium

Aut in foro agere Sycophantam; aut perfidum.

Præbere testem. Nos genus hoc mortaliū

Egicimus ex hac urbe, velut purgamina.

Cingaros credo tolerassent, quos nō præsumptio est, sed res docet, clependo, harpagando, futelis, maleficijs viuere.

Verum excusant illos Patroni, calamitosum esse genus hominum, miseratione dignum. cur? Ex Ægypto oriundi, luunt maiorum à fide Christiana apostasiam, & pœnitentiam obeunt, septennalem locis incertis vagationem. Summa defensionis hæc est. Quam diluunt alij: quem dixi Sebastianus: Sunt anni (inquit) plus, minusue viginti sex ab hoc tempore quando ego Munsterus ista scribo, quod Heidelbergæ agens istius gentis primoribus me adiungens vix exorsi litteras quasdam, quas gloriabantur se habere ab Imperatoribus. at illa mihi ostensa erant. Vidimus quoddam quod auit Lindora à Sigismundo Imperatore impetratum: in quo mentio fitur quomodo maiores eorum in minori Ægypto, olim ad aliquos annos, abie-

A *to Christianismo ad Gentilitatis errorem relapsi fuissent, & resipiscitibus eis pœnitentia iniuncta, quod tot annis ex singulis eorum familijs aliquot per orbem peregre proficiscerentur, diluerent que in exilio perfidia sua crimen. Sed iam dudum euauit tempus huiusce suæ peregrinationis, & tamen colluuiæ illa non cessat circumuagari, furari, mentiri, augurare, & diuinare.*

Cur si pœnitentiæ terminus effluxit pœnitentiam adhuc prætexunt? verū fallum etiam, quod de Ægypto iactat.

B Nam interrogati nec sciunt quidem quid Ægyptus, aut vbi minor vel maior. Vnde ergo emerferunt? Mira varietas est sententiarum. Quidam Cincalos dictos putant, quasi *κινκάλος*, penatum expertes & mendicos. Sane γ. & κ. commutantur facillime, & Menander in Thaide quendam ait, *κινκάλος* & *κινκάλος*, mendiciorum leberide & cincalo. Leberis significat Ipolium serpentinum: Cincalus auem cui etiam nomen, *κινκάλος*: si caudæ demas ornatum valde implumis: inde rusticici egenos & erroneos, *cincalos* dixere, vt ex Æliano & Suida docet Adagiographus *chiliad. 2. cent. 2.* hæc sententia placuit Pierio Valeriano libro *vigesimo quinto. Hieroglyphicor.* Sed ad rem non facit. Polydorus Assyrios & Cilices putat: Volaterranus Vxios è Persia: hoc est ariolari. Nomen indicat, Belgæ *Egypteners*, Galli *Egyptiens*, Hispani *Giranes* Itali *Cingaros*, vel *Cianos* vocant: Germani superiores, *Zgeiners*, quæ omnes voces ab Ægypto deductæ: & hæc vltima, quasi *Chusener*, à Chus Chamifilio patre Ægyptiorum & Æthiopum. Hi quia vident tempus pœnitentiæ præfixum effluxisse: nunc duo quædam commiscuntur: vnum est se non posse ad patriam redire interceptis itineribus: cogantur ergo diuidi, & certæ alicui nationi ascribi, & legibus ibi receptis

C

D

E



viuere: vel pellantur. Alterum est, etiam post illud septennium, sibi ex patrijs sedibus subinde necessariam esse migrationem: si secus fecerint, & non quotannis mandras vel hordas suas (id est hominum multitudinem vtriusque sexus) exulatum miserint calamitatem & sterilitatem omnibus certo præstam esse. Digna hæc causa, inquam sedulo inquiratur: quod si fiat statim apparebit impostura. Quæ vel vbi hæc gens, quæ quotannis tantopere multiplicatur? hæc quidē in peregrinatione sua, nisi adultos vndecumque colligeret: cito interiret. Deinde satis isti ostendunt falsum fuisse primum illud de iniuncta pœnitentia. Quod de fonte horum verisimilius comperi, est quod in *Annalibus Boiorum* his verbis ab Auentino per scriptum fol. 325. libro septimo. *Eadem tempestate furacissimum illud genus hominum colluuius atque sentina variarum gentium: quæ in confinio Imperij Turcarum atque Hungaria habitant (Zigenos appellamus) rege Zinkelone, nostras per agrare capere regiones, furto, rapina diuinationibus, impune protus victum quaerunt. Ex Aegypto se esse mentiuntur, extorresque domo à superis cogi se, maiorum delicta, qui Deiparam virginem cum puero Iesu hospicio excipere recusarint, septem annorum exilio expiare impudensissime consingunt. Experimentis cognouit eos vti venedica lingua & proditores, atque exploratores esse. Cum alij tum imprimis Maximilianus Imp. Caf. Aug. & Albertus parens Principum nostrorum publicis edictis testantur: adeo tamen vana superstitio hominum mentes, velut lithargus inuasit, vt eos violari nefas putent, atque grassari, furari & imponere impune passim sinant.]*

Tria hinc collige, primum origine Sacluos esse ex ditione VVinden: sa-

A ne, quod peculiare ipsis idioma, in Sclauonicum vergere significat Auentinus loquens de natio. Scio namque præterea fictitium quoddam habere ipsis solis notū: quod Hispani vocant *Zirguena*: Germani teste Munstero, Rotvvelfch hoc est Rubrū Barbarissimum. Norūt interea cuncta fere Europæ idioma. & apud Germanos Germanice, apud Gallos Gallice, apud Italos Italice, &c. loquuntur: quod necessarium ad finem explorandi. Secundo vides hos septennem illam priorum pœnitentiā, iam ad singulos posterorum porrigere, vt prætextus sit vagandi. Tertio compertos Principib. prudētissimis de prodicione merito damnatos, sed quadam imprudentium superstitione foueri. Dicā quod rem valde confirmat: cum adhuc in Hispania anno 1584. versaretur Legione, magna tum multitudo istorum per pagos illos inundarat. festum corporis Domini tum celebratur. petierunt aditum in Ciuitatem, vt (honoris causa) præsaltarent, quod illic consuetum. fecere, sed à meridie propter furacitatem feminarum ortus tumultus, fugere in suburbia, & ad S. Marci (D. Iacobi equitum magnifica est habitatio & hospitale) se conglobarunt, & iustitiæ administratos militari vi repulerunt. mox tamen, nescio quo pacto, dissimulata omnia. Huic hordæ Comes erat: sic appellat: in turba multi recepti Hispani, etiam ex Graiales. Villabraxima & pagis nonnullis Castellæ. Comes tam perite Castellanum idioma loquebatur: quam si Toleti natus. Sciebat omnes Hispaniæ aditus terrestres (Tuerros vocant) omnes regionum amfractus & difficultates: quid roboris esset cuique ciuitati, qui præcipui in qua; & quæ cuique opes. Nil fere ad rem pub. pertinens, tam arcanum, quod eum lateret. nec clam hoc, sed gloria-

batur.



batur. Quo aut cui rei hæc curiosa exploratio? Nonne compescenda vagabundorum hæc curiositas, etiam si solum peregrini, & inculpata vitæ? Bene tibi, bene sit, Maxime Carole, qui in constitutionibus Comitiorum habitorum Augustæ Vindelicorum anno 1549. cap. 26. hæc fecem mortalium, hos erroneos periculosissimos, Zyngeros seu præstigiatores Teutonice terra excedere, veluti exploratores & proditores Christianæ Ecclesiæ missos à Turcis fanciisti. Commemoratur hæc constituit Petr. Gregor. lib. 34. Synagm. ut vniuers. c. 16. num. vlt. inuehitur in eosdem Crespetus d. loco, & (cui meliorem opto religionem) Philipp. Camerarius I. C. opere horar. succisuarum c. p. 17.

Sed obijciuntur nobis duo, vnum S. S. auctoritas, alterum exempla certa huius diuinationis. Auctoritates sunt duæ: prima est Exod. 13. vers. 4. *Et erit quasi signum in manu tua.* Respond. hoc explicari sequentibus verbis: *Et quasi monumentum ante oculos tuos.* loquitur enim de solemnitate azymorum: cuius celebrationem vult Hebræis esse signum memoriale liberationis ex Ægypto; sumit autem metaphoram à more hominum, qui quando volunt alicuius rei recordari, solent digito annulum indere, vel filum alligare: quia cū manum saepe ante oculos eleuamus, sit vt recordemur eius, quod verebamur ne obliuisceremur.

2. Iob. 37. v. 7. *Qui in manu omnium hominum signat, vt norint omnes opera sua.* Depinxit ergo Deus in manu singulorum vnde queant prænocere, quid dicturi, facturi, passuri sint.

Respond. Cum Olympiodoro & Philippo presby. ero. ibi, verbis istis significari, hæc temporis vicissitudinem, de qua loquitur, serenitate & procellis

A niuiū imbriumque à Deo contemptam, vt & Dei fortitudo fiat manifesta; & homo videns se tam facili negotio à Deo quauis tempestate impediri à proposito manumque suam sic quasi quibusdam vinculis astringi, & ab opere arceri: cognoscat se, sine Dei adiutorio posse nihil, suamque confiteatur imbecillitatem. fauet huic expositioni versio LXX. quæ habet; *vt cognoscat omnis homo imbecillitatem suam* nec non Hebræus contextus, in quo ad verbum, sic; *in manu* (sive in vehementia) *omnes ob-signabit, ad sciendum omnes homines opus eius.* Vbi ex more Hebræorum, *Ver. id* **יד** noster vertit, *in manu*, pro in vehementi atque admirabili signo, sicut Isaías & Ezechiel a *lad* posuere pro visione prophetica non vulgari: sicut & Moses b *manum Dei* vsurpauit, pro potentia & magnitudine Dei. Lege longe aliam explicationem loci Iob, apud Francisc. Valesium: quæ quamuis ingeniosa sit, cum præcedentibus verbis non coheret.

3. Certant exemplis prædictionum, quas euentus roborauit Bartholomeus Coclesille, qui tot chiromantiæ libros edidit, Antiochi Cæsariensis, de quo q. *præcedenti* scripsi, discipulus, Lucæ Gaurico astrologo fuit auctor fuge, vt, qui instabat, cruciatum violentū euaderet. Gauricus cōtemnens monita: eo quod Ioannem Bentiuolū Bononiensi tyrannide deficiendum in Ephemeridibus prædixisset: iussu violenti Principis, ex alta trochlea suspensio fune quinquies quassatus, & astrologiæ suæ iactatæ, & chitomantis contempti penas dedit. Alexandro Medici Græcus quidā ex manus inspectione prædixit mortem, & signa edidit percussoris: fore ex eius intimis, habitu gracili, vultu bux eo, suspensa taciturnitate, cæteris in sociabilem: quæ in vnum Lau-

# 2. Reg. 3  
v. 25. Elai  
8. v. 11. E  
zechiel.  
vers. 3. &  
c. 33. v. 22  
& a. 37.  
ver. 1.  
Exo. 14.  
v. 31.  
C



ueniebant. Sed idem ille Cocles, prædixerat Copono cuidam, eum breui scelesto homicidio manus cruentaturum: & Hermeti tyranni filio, futurum, ut exul in acie caderetur. Hermes igitur fatali metu percussus Copono clam imperat, ut Coclitem, ne eum sibi Agamænoni Calchanta, necet. Nec Cocles discrimen nesciebat. Ideo secreta galea caput munierat, ingenti gladio, quem peritissime ambabus manibus regebat, semper armatus. Verum à Copono baiuli personato, dum seræ offy, calculo iniecto, præpeditæ, clauem infereret, adacta in occipitium securi, interfectus est: nullam aliam patrati facinoris causam adferente Copono, quæ quod ipse Cocles breui homicidam futurum asseruisset. Vnus ista omnia narrat Iouius, nec vsquequaque indubitæ fidei Historicus, nec satis, à superstitiosis & gentiliis, ne dicam opinionibus, saltem locutionibus, alienus: cui ut ea contigisse concedamus, idem tamen, quod astrologis talia iactantibus, cum D. Augustino respondendum. vide supra quæst. i. respons. ad 4. obiectionem. ut digitus manus, sic chiromantiæ pars quadam est, diuinitio ex vnguibus: non illa de qua superius actum cap. 2. quæstio. 6. Sectio. 4. nu. 6. Sed alia nouitia, ut suspicor ab animalibus ad colum inuenta: hæc conijcit ex maculis albis atrisue in vngue apparentibus, & singulis digitis suos canones attribuit: alios mulieribus, alios viris destinatos, nec valetudinis prosperæ vel aduersæ notas prodens; (quod aliquo tenus tolerandum foret) sed excurrat ad fortuitos effectus ab alienæ voluntatis arbitrio libero dependentes, quod temeritatis & vereor ne superstitiosæ sit impietatis. Extat tamen (si Deo placet) hæc menia artis in opere de Physiognomia Hispanico cu-

ein Blo-  
gijis.

A iusdam Hieronymi Cortesij, si ut nugas edidit, minus male: Sed minus caute, cautiùs nugari in minus periculosis alijs, nam nugandi copiosa vbique materia.

### QVÆSTIO VI.

*De coniectatione ex somnijs.*



RAECI vocant *δυσκοπία*, de qua Senariorum libellus à Iunio Hornano editus habetur. d. Cæterorum o-

nirocriticorum veterum, non magna reipub. iactura omnes libri interierunt, præter vnum Artemidorum Daldianum, delirum senem, qui libris quinq; cuncta ab alijs tradita complexus fuit Breuior est Astramplychus Græcæ & Latine his annis editus: sed æque nugax ut & alius ille Arabs, qui Græcæ barbarizans vna cum Artemidoro in lucem prodijt in Gallia. Hodie in pretio habent Apomafaris Arabica Apotelesmata, ex recentioribus Conra. VVimpina, vellem ne tam multa sine antidoto congestisset. Auorum quoque memoria, hanc in Italia vanissime prohibebatur artem Iunianus Maius: cuius extant epistolæ & libelli quidam Grammatici. Ex insomnis prophetiam fingebat Thomas Munzerus Anabaptistarum parens vnus Brasileenses Indi in expeditione somnia obseruant: si fehostium carnes torrere somniant prosperum somnium censent, & vicēseriam spondent: in contra suas, ab hostibus vinci metuunt. Ioann. Stadius lib. 2. Hist. Brasileens. c. 27. Legi, cum vtilitate tantum illi de hac materia videntur quicum D. Thoma & Antonino g, quibus liceat attendere, quæ & quibus interpretari permissum sit, expenderunt hos imitator.

Macrobius c. 1.



Macrobius, lib. 1. de somn. Scipion: quem sequitur Salisber. l. 2. somnia diuidit, in  $\epsilon\nu\omicron\pi\tau\iota\omicron\nu\omicron\ \phi\omicron\upsilon\nu\tau\alpha\sigma\mu\alpha$   $\delta\upsilon\epsilon\tau\epsilon\phi\alpha\tau\ \delta\upsilon\alpha\mu\alpha$   $\chi\epsilon\tau\eta\mu\epsilon\tau\iota\sigma\mu\omicron\nu$ , *insomnium, spectrum, somnium visum*, & oraculum: sed Artemidorus: ea quinque ad duo reuocauit, *insomnium*, nempe & *somnium*: sub insomnio, spectrum: sub somnio, comprehendit visum & oraculum, quoniam hæc illud consequuntur. Gentiles consentiunt species primas, in somnium & spectrum,  $\alpha\sigma\tau\eta\mu\alpha\upsilon\tau\upsilon\varsigma$  esse, nihilque significare vel præmonere. *Somnium* igitur stricte sumptum, vt opponitur insomnio, definiunt, motum aut figmentum animæ multiforme, futurorum bonorum vel malorum significatiuum. Huius vero prædictionis fundamentum statuunt experientiam, & quandam proportionis similitudinem rei somniata: ad euentum. Experientiam vocant, si vnus vel plures, cum hoc vel illud somniassent, talem vel talem postea fortunam sunt experti: similitudinem vero illam proportionis longe quoque putidius inuestigant. Primo ex quodam more ac consuetudine. v. g. radia caput honestum & religiosum est monachis, quia morib. ipsorum & regulis id consentaneum: ergo si monachus id somniet sibi accidere, prosperum erit somnium. Sin vero id somniet, aliquis coniugatus, prælagium dicent esse infaustum quia coniugatis de decoro sum, sic raso vertice incedere 2. ex vocabuli significatione: veluti audit quis vel legit Serapidis nomen, morietur: quia Serapis idem qui Pluto. & Orcus. 3. ex rei significatione Hieroglyphico, vt si quis sibi visus sit cathena ad templum alligari: fiet Sacerdos, & illi templo feruiet æternum. 4. à fabulosis narrationibus: veluti vitus est sibi aliquis vagus in Ithymo filiolam suam querere: peribit filius mersione, iuxta fabulam

A Melicerta. s. de aliqua ratione astronomica vel physica, longe petita, veluti somniauit se Lumen à Luna petere? cecus fiet, quia Luna proprio caret lumine. item videtur quis in somnis manus vrsæ habere? damnatus ad bestias, & ad palum deligatus, ab vrsæ deuorabitur. cur? quia vrsus intra speluncam latitans ori manum inserit, & veluti adens ex fugit, indeque sumit nutrimentum. Hæc artis sunt fundamenta, quam geniosa, tam puerilia: mireque ridiculus in his est Artemidorus, quia quod vni aliquando casu accidit, in consequentiam trahit, & canones constat stuppeos, quibus mere fortuiti casus ad similes euentus prædicendos pertrahantur.

Vnde apparet primo, nihil huiusmodi Oniropolicis libris deferendum, meritoque damnari eos, qui ad huiusmodi scripta animum adijciunt, nominatim ad legendum fictitios hac de re libros Abrahami, & Salomonis, & libellum somnialem, qui Danielis Prophetæ nomine falso circumfertur, de quo agitur in Decreto Gratiani 4. Apparet 2. superstitiosum esse consilium Synesij b: quo suadet, vt quisque sibi suis exsonijs, cum eorum quæ postea perpessus collatione, artem quandam coniectandi conficiat, quod inutile studium, vanumque commentum accurate iam pridem Franc. Picus confutauit.

Sit tamen 1. Concl. *Quadam somnia verum euentum prænunciant, quadam nullum, vel illusorium. quare etiam quadam licet obseruare, quadam non licet.*

E Concluf. hæc egregie confirmatur à Prudentio in Hymno ante somnium, his verbis:

*Sed dum pererrat omnes  
 Qui es amica venas,  
 Pectus que feriatum  
 Rigat placente somno;*

a d. c. non obferu. b l. de somnijs.  
 c l. 6. de prænot. c. 8. B.

Labor

A. later a madun. c. c. d.  
 a l. de diu. na. c. 1. & l. de l. somnis per deo. capta. s. de quo l. ten. ab d. l. l. r. a. g. D. Th. 2. q. 97. a. 6. Anon. 2. p. 1. c. 6. 7. b. Tante. n. creta. c. non or. feruent. n. 7. Meb. is Med. d. 2. Valde. 7. Sup. cap. Piceat. ui. l. 9. cap. 10. 11. b. p. 1. 10. 11. h. b. l. 10. 11. us. c. 11.



Liber vagat per curas  
Rapido vigore sensus,  
Variasque per figuras  
Quae sunt operta cernit.

Quia mens soluta curis,  
Cui est origo coelum,  
Purusque fons ab aethra,  
Iners iacere nescit  
Imitata multiformes  
Facies sibi ipsa fingit,  
Per quas repente currens  
Tenui fruatur actu.

Sed sensa somniantum  
Dispar saugat horror.  
Nunc splendor intererrat,  
Qui dat futura nosse:  
Plerumque dissipatis

Mendax imago veris  
Animos pauore maestos  
Ambage fallit atra.

Canonica haec incerta, non aequae quod  
subdit, etsi plerumque contingat:

Quem raris culpa morum  
Non polluit frequenter,  
Hunc lux serena vibrans  
Res edocet latentes:

At qui coinquinatum  
Vitiis cor imprauit,  
Lusus pauore multo  
Species videt tremendas.

Verum conclusio multis repugnat.  
nam est contra Xenophontem Colo-  
phonium, & Epicuræos, qui cuncta so-  
mnia volebant contemni: est contra  
Stoicos, Protagoram, Artemidorum,  
Tyanaum, & similes, qui si somnium  
sit, necessario quoque aliquid volunt  
significare (vt ex eorum supra posita  
definitione patet) & ideo nolunt vlla  
omnino negligi, vel præteriri, Vtrum-  
que extremum condemnat S. S. Stoico-  
rum dum ait *dyvbi multa sunt somnia, plu-  
rima sunt vanitates, & sermones innume-  
ri, tu vero Deum time. Item es somnia ex-  
tollunt imprudentes, quasi qui apprehendit*

*a* Exod. 5.  
v. 6.  
*e* Eccl. 34.  
v. 1.

A vmbra, & persequitur ventum, sic & qui  
attendit ad visa mendacia. Epicuræos au-  
tem damnat, dum tot exempla diuino-  
rum somniorum & interpretationem,  
palsim suppeditat. Rectius ergo Ho-  
merus & Virgilius h. commenti sunt  
fabulam, de duplici porta somniorum,  
per eburneam falsa, per corneam emit-  
ti vera; vt indicarent quædam vera &  
significatiua, quædam falsa & inania  
ducenda.

B 2. Concl. Tam certa sunt somnia, quam  
eorum certa causa, si hac effectum certum  
certo producit, etiam somniorum prædictio  
certa, si prob. biliter, probabilis, si fortuito,  
fortuita & fallax.]

Explicatione hæc tantum indigent.  
Synesius prædicto commentario com-  
miniscitur Spiritum quandam phan-  
tasticum, quem vult esse anime vehicu-  
lum, auctorem & fabrum omnium so-  
mniorum: quod Platonicum figmen-  
tum est, fabulis æquale poetarum: Por-  
phyrius duas causas agnoscit vnâ, de-  
mones bonos, malosque, quam nos ad-  
mittimus esse causam quorundam so-  
mniorum: aliâ notiones quasdam, quæ  
animus ex alia vita secum a latas in  
corpus intulerit: quod est à fidei dog-  
matibus alienû. Nec enim animus ho-  
minis corpore antiquior aduenit aliunde,  
nec quando infundebatur à Deo, vl-  
las secum creatas species: atulit.  
Aristoteles negat vlla à Deo immitti  
somnia, quod S. S. prorsus repugnat.  
Contra Plato & cuncta somnia dæmo-  
nibus ascribit, quod rectæ & Philoso-  
phicæ & quotidianæ experientia refragatur.  
Melius Hippocrates, vera sônia,  
partim Deo, partim naturalibus causis  
adscribit. Rem acu tetigisset, si tertium  
membrum addidisset, non prætermis-  
sum à D. Gregor. m: qui rectissime so-  
mnia trib. auctorib. adscripsit, Deo, Na-  
tura, Dæmoni: vnde posteriores Theo-

*f* Sup. c. 1.  
*g* Iliad. 1.  
*h* Aeneid. 6.

*il*, de diu.  
*nat*, vel in  
*son*.  
*&* in Sym-  
*pos*.  
*Il*, de in-  
*son*.

*m* S. M.  
*rat*, c. 1.  
*&* l. 1. De  
*log*, c. 4.

logi



logi ea diuiserunt, in *diuina*, *Naturalia*, & *Demoniaca*. præcipua difficultas est de *Naturalibus*.

*Naturalia* proficiuntur vel à causa intrinseca somniant, vel à causa illi extrinseca. *Intrinseca* nascuntur; quædam potissimum ab anima, & tunc dicitur *causa animalis*, aut (vt quidam loquuntur) *moralis*: quædam potissimum à corpore, & vocatur *causa corporalis*, & ab alijs, strictè loquendo, *naturalis*. *Intrinseca causa animalis* est, quando somnia obueniunt de rebus, quibus cogitatio vigilantis valde fuit intenta, iuxta illud Salomonis n.

*Multas curas sequuntur somnia de hac causa*, Attius;

*Rex que in vitæ usurpant homines, cogitant, curant, vident,*

*Quæq; agunt vigilantes, agitantq;, eas sicut in somnis accidunt.*

*Minus mirum est,* idem censuere Lucretius, & plurimi, quos o alibi citauimus, non repetam. D. Greg. Nyssenus acutissime scripsit p, huiusmodi somnia similia censenda citharæ; cuius fides cessante manus impulsu, adhuc modicum extrema motione trepidant ac tinnunt.

*Corporalis intrinseca causa* nascitur à præsentis dispositione ac temperamento corporis, quod vel inedia exhaustum, vel crapula repletum, vel humore aliquo nimis prædominante ægrescit, vel alio interiore vitio laborat. Ex his causis vel pacata vel turbida, vel multiformiter varia somnia nascuntur. Quibus sanguis est copiosior, rosas somniat puniceas, crocū, hortos, conuiuia, choreas, complexus, aërem volatum, & læta omnia Phlegmatici, mare, aquas, balnea, nauigationes, submersiones, onera grauantia, tardam, & impeditam à noxijs fugam. Cholericis colores flauos, rixas, pugnas, incendia. Melancholicis fumos,

A caliginem, tenebras, vagationes per loca sola, nocturnas oberrationes, tetra spectra, mortes, tristiaque cuncta. Quibus vesica humore plena, somniant de lacubus, fluuijs, imbribus, & somniant nonnunquam impluunt ipsi in saunas. Quibus dominantur sinceri puriq; succi, putant in somnis volutari se inter odoratos suauesque flosculos: contra in fordidis, cæno, cloacis, cadauerib. versari sese, quorum in corpore humores foetidi putridique coaceruantur. Quibus viscido humore affectæ obstructæque sunt partes cerebri posteriores, illi comprimati suffocari sibi videntur in somnis. Græci, Latini *Incubum* morbum, Hispani, *la pesadilla*, Galli *la coquemare*, vocant.

*Naturalis extrinseca somniorum causa* est, quando dormientis imaginatio ab agente extrinseco mouetur. huiusmodi agens est duplex, alterum est aër ambiens, alterum impressio siue influxus corporum cælestium. Sicut enim corpora cælestia suo in materiæ corpoream influxu varias formas lapidū, metallorum, plantarumque gignunt: sic influendo in phantasiam, quæ organis corporeis est immersa, posse à cælestibus corporibus produci species imaginabiles, effectui à corporibus illis cælestis promananti conformes, non est negandum: De his.

Sit 3. concl. *Somniorum ex naturalibus causis derivatorum, eatenus licita est obseruatio & interpretatio, quatenus causas naturales effectibus causa sua coniunctis sunt adæquate.*

E In hac conclusione medici, Hippocrates & Galenus, & Theologi consentiunt, eaque deducitur ex iâ dictis. Indiget vero tantum explicatione. Quando causa est *intrinseca & animalis*, possumus somnium obseruare, vt in posterum studia vitamque nostram melius

Ecclesi.

Côm. &amp; Aueri. Seneca. Othonia. p. libr. de nominis opificio.

l. de dno. a. q. 1. in sym. pol. l. de in. Coma.

m. a. M. ral. c. 1. &amp; l. 4. Di. log. c. 4.



C.

& securius instituamus. Est, quem le-  
ctio vel cogitatio diurna, fœdis illu-  
sionibus tempore nocturno, inquinat & ex-  
cludat quanta potest cura similes cogi-  
tationes. Territant alium crebra som-  
nia, & in pusillanimitatem, desperatio-  
nem, vel quod aliud adigunt vitium?  
causas debet somniorum inquirere, &  
remedia procurare, quibus liberetur.  
Contra somnijs alius vrgetur in bonũ  
vt religionem, cœlibatum, pœnitentiã?  
probet iste, num hæc, vt videtur, à Deo  
sint. Somniorum huiusmodi naturali-  
um interpretatio pendet ab experien-  
tia, & ingenij solertia, cognitione stu-  
diorum, morum & propensionum,  
quæ sunt in singulis.

Quando causa *intrinseca est corporali*,  
potest quis instantes morbos metuere,  
seque præmunire. Scribit Galenus a,  
quendam cum somniasset alterum crus  
sibi factum lapideum, mox ea corporis  
parte paralyticum exstitisse. Eadem  
caussa tam vehemens quandoque est &  
accelerata, vt quando quis somniat a-  
liquid sibi accidere, id reuera tunc illi  
accidat. exemplum Cornelij Ruffini  
petere licet à Plinio secundo.

Quando *naturalis causa est extrinseca*,  
tunc videndum, an effectus sui prin-  
cipiũ aliquod in nobis habeat, vt si so-  
mnianti ipsi agendum vel patiendum  
aliquid sit ab illa causa, (exempli gratia,  
si somniat me iturum Romam, vel cõ-  
siliaturum.) an vero euentus principi-  
um somniantis sit prorsus extraneum,  
veluti quod largus imber erit, quod  
nauale prælium futurum, quod Turcæ  
profligandi. Et hæc extrinseca rursus in  
duplici genere sunt, quædam non adeo  
sunt à somniante remota, quin possit  
ab illis naturaliter affici & pati, v.g.  
possum hodie pati à causis futuræ cras  
pluuiæ, vt experiuntur podagrici &  
herniosi: quædam tam procul remota

A sunt à somniante, vt nihil corpus eius  
ab illis naturaliter pati queat, v. g. non  
possum hic pati à causis futuri hic im-  
bris post bienniũ, propter temporis di-  
stantiam, nec futuri statim imbris in Ia-  
ponia, propter loci intercapedine: nec  
à causis, propter quas modernæ reginæ  
Anglorum successor ad solium euehẽ-  
dus: quia causæ huiusmodi nihil perti-  
nent ad corporis mei temperamẽtum.  
Hoc igitur dico; Extrinsecas causas,  
quæ in nos possunt operari probabili-  
tatis aliquid præbere ad huiusmodi so-  
niorum interpretationem, iuxta pro-  
batorum medicorum & philosophorũ  
morem, similitudines in somnis visas  
inter se comparantium, & quæ quarũ  
rerum sint similitudines, & ex quibus  
causis proficiantur perpendentium.  
Verè tamen hæc probabilitas valde tenuis  
est, & minuta. Extrinsecorum ve-  
ro, quæ in nos agere nequeunt, peni-  
tus incerta & fallax est obseruatio: si  
quando respondeant euentui, id à ca-  
su fit, vel ab intelligentia quapiam re-  
uelatur.

Vnde infertur corollarium, eum pec-  
care, qui ex naturalibus somnijs, etiam in-  
trinsecis, futuram contingentiã diuinat, vel  
quæcumque ab arbitrij manant libertate siue  
somnia sunt, siue alterius, multoque magis,  
qui de ijs, quæ sunt gratia dari à Deo gratia  
solita ratio est, quia hæc non dependent  
à causis naturalibus, aut temperie cor-  
poris. Hæc de naturalibus.

E Diabolica somnia sunt, quæ mali spi-  
ritus insidiosè dormientibus immit-  
tunt, vel ad perturbationes animi ci-  
endas, vt libidinem, iram, odium, de-  
sperationem; vel ad occultorum aut  
futurorum significationem: de quibus  
verum illud Penelopes Homericæ, mi-  
nime curanda somnia: & illud sapientis  
c: multos errare fecerunt somnia, & ex-  
ciderunt

lib. de  
refrag.  
quæ ex  
somnia du-  
cunt.

lib. 7.  
Nat. hist.  
27. 50

Eccl. 34. 7

ciderunt



ciderunt sperantes in eis. De hoc genere fuerunt lecti sterntia gentilium in fano Serapidis, Æsculapij, Podalyrij & aliorum, quibus incubantes somnia captabant, quorum mentio etiam apud Maronem in Æneid. de quibus iam egi d. Minus notum illud, quod de Venere Gazea scribit Marcus Historicus testis oculatus est; in loco (ait) qui vocatur retramphodos (hoc est quadrimum) stabat statua marmorea, & dicebant eam esse Venere. erat autem supra aram marmoream: statua vero effigies erat nuda mulieris, qua palam ostentabat verenda sua, statuam autem in honore habebant omnes ciues, maxime vero mulieres lucernas accendentes & thure suffientes. Dicebant enim eam in somnis respondere ijs, qua volunt inire matrimonium. Decipiebant autem se iniuicem mentientes. Sape vero inisi à demone contrahere matrimonium, tantum absuit, ut id r. & c. procederet, ut inter eos fierent diuortia, aut male cohabitarent, & c. addit enim de mendacibus responsis plura, & de statuæ ad signum crucis deiectione, dæmonisque fuga. Huiusmodi sunt somnia Anabaptistica, & fuere olim Enthusiatarum; & admiranda quædam Gentilium, quæ ad naturales causas vel nullo modo, vel ægre possunt referri. notabolo ca, vnde petet qui volet, tale fuit somnium Epithelis Messenij de anu liberanda per humi effusionem inter myrtum & similicem, tale Ædesij philosophi apud Eupnapium f, tale matris Atilæ g, de filio: tale Prolomæi apud Tacitum h, tate Nestorij Atheniensis apud Zoizimum i, & Iuliani Apostatæ, apud eundem, & Ammianum, k & multa alia apud Valerium Maximum l, sed omnibus admirabilis, quod de Odati & Zariadre refert ex Charete Mitylenæo, Athenæus a.

A Tale meo iudicio fuit nostris temporibus somnium Lud. Borbonij Principis Condæi: qui Hucnotorum hæreticorum & perduellium, contra Regem Christianiss. Carolum IX. copias ductabat, si vera sunt quæ de illo Richardus Dinotus scripsit: nam ut de alienis dubitem facit, quod cum bis mei meminerit, in Historia tumultus Belgici, bis (deceptus puto non sponte) veritatis cum iniuria id factum: video deceptum in meis, & alienis quibusdam, quorum testis oculatus fui: decipi potuisse credo etiam in reliquis: hæc dubitandi causa. Sed is lib. 2. de bello Gallicano acturus de prælio prope Druidarum urbem commisso; Cum Condæam (inquit) sub signis starent aduentum hostium & prælium expectantes, inter duas acies duo lepores exorti sunt, qui innumeris scelopetorum glandibus petiti, in acti in diuersa abierunt. Prognosticon crastina pugna, in qua hostiles acies inter se congressæ, campum prælij vacuum reliquerunt in diuersa abeuntes (primum hoc ad omnia pertinet, & hi lepores duodæmones videntur fuisse.) Pridie eius diei quiddam non minus prodigiosum ipsi Condæo accidit, quod futuram etiam pugnam prænunciare visum est. Cum ad rivum quendam, per quem ille cum equitatu transibat, multus populus congregatus esset, ut transeuntes equites spectaret: ecce anus in Mediam aquam se coniecit, Condæumque arrepta illius ocrea sistit, atque cum attente respiciens hæc verba protulit, Princeps vade, tu pariter: sed Deus est tecum. Quis adeo obsecratis, cui non suboleat Satane cõmentum, ut in hæresi Zuingliana, pro qua tuæ hæc bellum gerebatur, miser, & comites cõfirmaretur: Erat hæc vel de eodẽ grege, vel fluminearum Nympharum vna, hoc est cacodæmon. Certe bonus Spiritus non diceret, cum hæretico ad hæresim propagandam esse Deum: Sed pergit Caluinista) Narrabat etiam

d. sup. ca. 1  
 q. 2. lect. 2  
 et in vita S.  
 Porphy.  
 Episcopi,  
 m. f. Feb.

f. Pausan.  
 in Melle-  
 nia.  
 g. in eius  
 vita.  
 h. Anton.  
 Bohn. rei  
 Hungar.  
 i. j. de c. 1  
 k. l. 4. h. ff  
 l. 1. 4. An  
 na lib. 2.  
 m. l. 7. c. 7  
 n. lib. 13.  
 o. Dypnos.  
 c. 13.

Eccl.  
 34. v. 7



ipse præterea nocte somnum habuisse, quo sibi videbatur ter diuersis temporibus in pralium descendisse, penes ipsum victoriam fuisse, tribus præcipuis hostibus casis: sed post lethale vulnus accepisse. (Et somnium, fors an à pincerna narratum? audi accommodantem rebus iam præteritis, & ideo non tam Prophe- tam, quam narratorem) Hoc Condæi somnium fatidicum fuisse postea tempus ostendit. Nā in Druidico pralio Sanctus Andreanus Marasi allus occubuit, Gufanus Dux obsidione Aureliarum, Comestabilis in pugna Sandionysiana lethaliter vulneratus est, Condæus post in Bassacensi pralio trucidatus.

Pulchre. nam inter Poltrotum & Guisium quem occidit, tum pralium fuit: & Princeps Condæus in Poltrotro erat, cum scelestissimus latro Guisium sclopo inopinatus traiecit, quod se factū auctore Condæus numquam fateri voluit. Quid etiam vetet tale somnium à Códæo militari stratagemate confictū ad suos animandos, & de tribus victorijs certos securosque reddendos dices euentus respondit. ad Aristotelem, docebit à casu hæc fieri posse, & quia facile est accommodare vitis euēta, cū præterire. Huc pertinet quod Blesensis scribit; Non ignoramus, inquit Apollolus, astutias Satana, Mentibus hominum phantasticas illusiones immittens, nunc cæcū volantem, nunc incursum hominum, nunc ferarum somnūsque aut alijs modis promittit scientiam futuorum: & sic rerum euentus letos, infausosque denunciat, vt quietem cordium vana curiositate sollicitet, atque ad aliquid paulatim de fidei sinceritate incrustet, & paulo post, verumtamen vt fidem habeam somnūs, nulla me somnia inducent. Non inferior, quin anima frequēter ex reliquijs cogitationis, vel ex innata sibi perspicacia, significat præfagium illud & solers quod ex præstantia spiritualis naturæ nascitur,

A sed valde imperfectum, cum homo post euentum vt plurimum collatione somnij & contingentium facta deprehendit) quædam futurorum præfigeret imagines: sed crebro decipitur. Nam sicut per experientiam didici, ex ea visione, qua mihi gaudium quandoque nunciauerat, postea contrarium reportauit. Somnia itaque ne curet amice carissime. Sic ille epist. 65. editionis optimæ Busebianæ.

B De his lit 4 Concl. Dæmoniaca somnia obseruare, vt fraudem dæmonis caueas, licet: ad occultorum scientiam, vel euentus futuros, nec licet, nec expedit. Prior pars patet, quia hoc animæ salutare est, & aliquando necessarium: posterior pars probatur, quia hoc lege Dei prohibitum. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Item quia non potest horum interpretatio, citra miraculum haberi, nisi ex pacto cum dæmone; quod profus illicitum. Nec etiam hoc expedire potest, quia sic accepta occultorum cognitio, curiosa & superstitiosa est; futurorum vero contingentium, non nisi fallax, vt pote ipsi Diabolo incerta. vide Salisburiensem, d. c. 17.

C Diuina insomnia nobis à Deo, mediantibus bonis Angelis, suggeruntur, quorum iam causæ & modi sunt explicati c; exempla, qui volent, ea passim reperiet, vt Theodosij Imp. d, Arnobij Rhetoris Mauritiij Imperf, & Bardengi, & fortassis tale fuit Alex. Magni de sanitate restituenda Ptolomæo i, & de Castrioto matris apud Barletium li. i. & multa apud Fulgosium lib. i. Exemplor. c. 5. Sit

D Concl. 5. Diuinorum somniorum obseruatio licita est: sed interpretatio solis conuenit illis, quibus à Deo facta interpretationis reuelatio. Prior pars patet, quia immittuntur à Deo vt ea obseruemus, eaque nos doceant, moneant, corri-

gant.

b Levit. 19. 26. Deo 18. r. 10.

F  
e Sup. a. 1  
q. 2. in fin  
d Theod. 1  
re. li. 1. p. 1  
110. c. 6. 8.  
7.  
e apud  
Hieron. in  
Chron.  
Eule. c.  
apud Gly  
sam. p. 4  
Annal.  
g apud eū  
de Glyca  
b D. Aug.  
l. de cura  
pro mort.  
Diodor.  
Sicull. 17



gant. posterior pars probatur verbis Danielis k: *Mysterium quod Rex interrogat, sapientes, magi, arioli, & aruspices nequeunt indicare regi: sed est Deus in cælo, reuelans mysteria, quia indicauit tibi, &c.* & postea l, *Mibi quoque non in sapientia, qua est in me, plus quam in cunctis uiuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: sed ut interpretatio Regi manifesta fieret.* Paulus quoque, m, *qua Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei.* Sic Hildebrandus interpretatus est somnium Petri damiani, d: quo quidam cum somniararet excæcatum; non id, sed amissurum amicum, qui illi tam carus quam oculi. Narrat ipse Petrus agens de B. Dominico Loritato.

Discernere dæmoniaca à diuinis somnijs pertinet maxime ad cōfessarios, & qui medicinam faciunt animarum, qui discretionis spirituum dono præditi sunt. pendet hoc iudicium à causis & circumstantijs reliquis, ad eum modum, quo uisa & reuelationes expendendas docuim. In summa hoc obseruandum, si constet neque ex animali, neque ex corporali causa somnium fuisse natum, dubitetur uero utrum sit à Deo, uel à diabolo, tutissimum fore; si, ut à diabolo immissum caueas & contempnas. probatur hæc regula, tum ex Sapiente Syracide, qui docet extrinseca somnia esse contempnenda, quæ non constat à Deo immissa. Nam iste est sensus horum uerborum o. *Nisi ab altissimo fuerit emissa uisitatio, ne des in somnijs cor tuum.* z. probatur ratione, qua curiosa somniorum obseruatio, ad hoc discrimen agnoscendum est superuacua, quia Deus solet, quando somnium mittit, simul hominem certum reddere, hoc somnium à se profectum, & ceglitus immissum fuisse. 3. docetur experientia. nam eos qui curiose ad somnia attenderunt; somniorum interpretatio

A) subsecuta, in grauissimas calamitates & interitum præcipites egit, ut Agamemnonem Homericum in Iliade. Cyrum Perfarum Regem, a Xerxem b, Onomarchum c, Antigonum & Pompeium d.

Atque hic de somnijs finem facerem, nisi ueniret in memoriam frequens illa, & mihi gratissima cum V. CL. Iusto Liplio familiaritas, cum Louanii degerem: quæ, quam tunc grata & iucunda mihi frequens de rebus, quæ & illum & me dicebant, hoc est litterarijs, moribusque formandis, collocutio; tam nunc molesta est, acerbæque priuatio. Incidit quadam die de somniorum uaticinijs sermo, Tum ille retulit fuisse Bruxellæ sutoris cuiusdam uxorem annis præteritis viginti, quæ plurima prædicebat varijs, ab euentu ad uingem comprobata; Spellū (præfectus ille uiarum erat, uocamus Brabantii, de Royroe,) agendum in cruce Requesenium gubernatorem, ex morbo mox obiturum, concilium supremū Regis vim passurum, & plerisque carceri mancipandos consiliarios: & similia non pauca. Hanc se non semel uidisse & audiuisse. Solitam dicere in somnis sibi spiritum quendam se ingerere, specie diffusū corporis candidi, cuius nequiret lineamenta discernere: ab eo se doceri omnia: cumque appareret, seper se tanto tamque continuo horrore percelli, ut animo linqui sibi uideretur; hunc cogere postea, ut uel cum uitæ periculo, denunciaret alijs quæ in somnis edocta, nec sinere quietam, dum iussa peragat. Fuisse mulierculam satis alioqui contemptibilem & simplicem, non quidem diffamata: sed nec compertæ sanctitatis. Varia subit animum de hac re cogitatio. Quam certum, hæc somnia supernaturalia fuisse, tam mihi dubium: Vtrum diuina, utrum dæmo-

C) ad uingem comprobata; Spellū (præfectus ille uiarum erat, uocamus Brabantii, de Royroe,) agendum in cruce Requesenium gubernatorem, ex morbo mox obiturum, concilium supremū Regis vim passurum, & plerisque carceri mancipandos consiliarios: & similia non pauca. Hanc se non semel uidisse & audiuisse. Solitam dicere in somnis sibi spiritum quendam se ingerere, specie diffusū corporis candidi, cuius nequiret lineamenta discernere: ab eo se doceri omnia: cumque appareret, seper se tanto tamque continuo horrore percelli, ut animo linqui sibi uideretur; hunc cogere postea, ut uel cum uitæ periculo, denunciaret alijs quæ in somnis edocta, nec sinere quietam, dum iussa peragat. Fuisse mulierculam satis alioqui contemptibilem & simplicem, non quidem diffamata: sed nec compertæ sanctitatis. Varia subit animum de hac re cogitatio. Quam certum, hæc somnia supernaturalia fuisse, tam mihi dubium: Vtrum diuina, utrum dæmo-

a Sabelli. l. 6. Ennea. 2.  
b Herod. lib. 7.  
c Diodorus Sicili. 16.  
d Plutare demetrio & in Pompeio.



niaca fuerint? Solent diuina mulieribus non minus, quam uiris contingere, nec ob stare vel uilitas, vel paupertas personarū. Solitus horror quidam diuinas etiā apparitiones comitari. Solita accedere ad dicendum coactio. Verum pellucet mihi in hac narratione plura, cur potius suspicer ab atro, quam ab candido spiritu ista profecta. Primum illa species diffusi candoris, informis semper; & continuum adferens horrorem, non cumlatum sequenti mentis lætitia & tranquillitate, indicium facit non obscurum auctoris sui candorem mentientis. Sexus suspectus, & conditio nihil commendans, quam nec sanctitas, nec prudentia, aut deuotio, vel alia signa huiusmodi comitabantur. At lucrum illi nullum hinc, vel quæstus, sed sæpe uerbera, conuitia ferè semper. Sic solet sagis accidere, & suis hanc dæmon mercedem pendit. Deinde quæ prædicebat, de publicis quidem rebus erant, sed eorum cognitio in publicum parum erat necessaria. quia tum prædicebantur, quando uix præcaueri poterant. nempe exiguo paucorum dierum antequam contingerent tempore: frustra etiam prædicebantur, à sola muliercula, cui fidem adhibere, nullius prudentis uiri fuisset. Non consueuit autè Deus, quæ præsciri, & præcaueri uult, sic nuda à persuasionum momentis omnibus indicare. Denique quæ prædicebat, huiusmodi erant, ut non dico dæmonis, sed etiam humanæ prudentiæ & cōiecturæ subiacerēt. Spellij supplicium, quia sciebat dæmon, eum iam reum esse, & propter crebras accusationes occultarum delationum serio & sedulo in eius actiones, uitamque inquiri. Ludouici Requesenii morbus, an thrax erat in corpore simul obeso & admodum bilioso: quis eum seruatum fore non præuideret? iudicant medici,

A ex indicijs externis, non queat Æsculapius ille fulminatus, cui patent corporis interna? Ordinum molimina contra Concilium status, iam diu coquebatur: Hesi iudaciam & conatus non ignorabat, qui stimulabat: ex consiliarijs qui inuisi, qui magis, qui minus, tenebat Sathan omnia, uidebat coniuratos uigilare, alios uel non credere, uel contemnere. uel stupere: quid futurum, & quæ ex similibus (ut dicunt Dialectici) præmissis consequentia, non erat magna, neque supernaturalis sagacitatis odorari. Sed saluo hæc meliore iudicio.

## CAPVT IV.

*De coniectatione politica, siue de sortibus.*

C **D**OLITICAM sortem uoco, quæ iure ac legibus probis aliquando recepta: ut est *sortis diuisoria*, *sortium contractus*, *canonica purgatio*, & fuere olim permissa, nunc uero damnata, variæ quædam *vulgares purgationes*, de quibus singulis agendum.

## D QVÆSTIO I.

*De diuisoria sorte.*

E **D**iuisoria sorte Romani olim in iudicijs legendis, prouincijsque sortiendis uterentur, nec non in familiæ hereditate, militarijs, alijsque negotijs. Iudicium illam sortitionem & Romani ab Atheniensibus accepere, ubi iam olim in AREOPAGO iudices, coniectis in urnam varijs litteris, sortiebantur; quod & Siculos imitatos Plutarchus, cum de augurio, quod ex littera

M. iph



M. ipsi obtingente cœperat Dionysius, ageret, in *Apophtegm* aperte docuit. Sed de gentiliū sortitione, ceteris plura & meliore methodo Iunius Hornanus tradidit. *g.* Ad dā quæ I. C. & THEOLOG. censuerunt. Si dubium sit, qui primi causam in iure dicere debeant *b*: si de hereditate & bonis diuidendis *i* de optime pluribus relicta *k*, de seruis manumittendis, liberis diuidendis, & similibus *l*, eam permittunt iura: prohibitum duntaxat fortiri EPISCOPVM *m* vel aliam quamuis dignitatem, aut beneficium ECCLESIASTICVM *n*. In ceteris ergo dignitatibus, & officijs; actionibus, pœ iis, rebusque alijs, diuisoria fors, qua quid cuique tribuendum, quæritur, prohibita non est, vt patet ex *capite primo vigesimo sexto q. 2.* qui canon de hac diuisoria tantum, debet intelligi, vt patet ex ipsomet D. AVGVSTINO: vt tamen in his nullum peccatum intercedat, seruandæ sunt quatuor conditiones *p*. Primo debet euentus à Deo expectari, & non à casu vel fortuna, vel astris, quare & DEVS inuocandus iuxta illud *q. In manu fors m. a.* Si quis certo euentum expectaret ab astris vel fato (sumpto vt sumunt Stoici & Astrologi) mortaliter peccaret, si à casu vel fortuna fortunam non vt gentiles, nam tunc esset mortale & tale idololatricum, sed vt CHRISTIANI sumunt PHILOSOPHI, accipiendo *r*) in re graui foret, veniale; in re leui, vix esset peccatum. *2.* debet adhiberi simplex fors, sine vlla superstitione, vel abusu rerum sacrarum aut Scripturæ sanctæ; non tamen est mortale peccatum, nisi magna adiit irreuerentia. *3.* necesse est, vt illi qui sortiuntur, æquali iure nitantur, alias enim esset iniusta sortitio: & quid grauior, si de bono publico ageretur. *v. g.* si de officijs publicis digni & indi-

gni sortes mitterent. Sors enim posset indigno fauere, cum damno reip. & iniuria d. gnorum. *4.* vt principalis intentio mittentium sortes, non sit inquirere voluntatem Dei modo extraordinario *a* (quia talis modus omnino est incertus) sed præcipua intentio debet esse, vt auferantur lites, discordiæ, quærelæ, inuidiæ: quod nos docuit Salomon *b.* *Contradictiones (inquit) committit fors, & inter potentes quoque diuidat.* quare si aliter concordia posset iniri, res forti non esset committenda: sin aliter nequit discordia sopiri, bonum pacis sortem permittit seruatis his conditionibus. Hinc praxi receptum in militia, vt quando plures sunt rei, forte experiantur, quis necandus, quis liberandus; tum vero seruandum, vt sit par fortientium reatus, alioqui iniqua est sortitio, quoad minus nocentes. Sic tempore pestilentis licet sortiri ex omnium consensu quis nauis eijciatur: & tempore pestilentis fortientium, quis parochorum in vrbe remanere debeat *c*: eadem ratione, quando dubium cui cedere debeat eleemosyna, potest sortitione res decidi *d*.

Porro ne quem fallant, quæ in S. S. legit de fortib., rectissime post D. Hier & Bedam emouit Gratianus, ea nihil ad nostra pertinere tempora. Nam in veteri lege, Deus inter alias carimonias, hanc quoque instituerat, qua in sortitione vterentur, eamque forti præmitterent; quæ qualis fuerit, non satis constat, videtur fuisse quædam ad DEVM mentis eleuatio cum oratione ad hoc instituta. vt colligitur ex Leuitico: *vbi de capri emissarij sortitione, sic legitur; duos hircos stare facient coram Domino in ostio tabernaculi vestiminy mittensque super virumque sortem, vnam Domino, & alteram capro emissario,*

ac. 2. & 4.  
26. q. 2.

3 Prou. 18  
v. 18.

B.  
D. Aug.  
epist. 180.  
ad Honorat.  
& li. 1.  
de doct.  
Christ. c.  
28.  
d. arg. 1. 3.  
C. comu.  
de lega.  
d. ca. 2.  
C. d. c. 4.

sc. 18. ver.  
10.



cuius exierit fors domino. offert illum pro  
 peccato: cuius autem in caprum emissarium  
 fuerit eum viuum coram Domino, vt fun-  
 dat preces super eum & emittat in solitudi-  
 nem. ] & D. LVCAS de sortitione APO-  
 STOLATVS ita scribit; postquam nar-  
 rauit duos ab APOSTOLIS coram Deo  
 statutos; Barfabam & Matthiam. Et  
 orantes, dixerunt, Tu Domine, qui corda  
 nosti omnium, ostende quem elegeris ex his  
 duobus vnum, accipere locum ministerij hu-  
 ius APOSTOLATVS, de quo prauarica-  
 tus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et de-  
 derunt sortes eis, & cecidit fors super Mat-  
 thiam. ] Primum igitur statuebantur  
 sortituri coram DEO, mox oratio  
 fundebatur, tertio sortes singulis da-  
 bantur, & miscebantur, in sinu, vna  
 vel alio vase cuius fors exibat, super e-  
 um cadere dicebatur. Certe missas ali-  
 quando in sinum, testatur Salomon h;  
*Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino  
 temperantur.* interdum in calicem, quæ  
 sinu continebant: vnde & calix in S.  
 Scriptura sæpe significat sortem, vt se-  
 cundum nonnullos, his verbis, DOMI-  
 NVS pars hereditatis mea & calicis mei. 1  
 Totum ergo hoc negotium cærimo-  
 niale fuit: quare legis veteris cærimo-  
 niarum abrogatione, etiam hæc sortitio-  
 nis cærimonia cellauit. Vnde Venerab.  
 Beda k obseruat APOSTOLOS ante S.  
 S. acceptum in electione D. Matthiæ  
 adhuc legali cærimonia vsos fuisse, post  
 Spiritum vero SANCTVM acceptum  
 non amplius sortem adhibuisse, sed sola  
 vsos oratione ad DEVM, & ieiunio ad-  
 iuncto: sic enim leguntur elegisse Sep-  
 tem DIACONOS, & Præsbyteros l. Sa-  
 ne cum SALVATOR, qui fallere nõ po-  
 test nec falli cuncta promittat oranti-  
 bus m, stultum & absurdum est, relicta  
 oratione, quæ promissionem habet;  
 confugere ad sortem, cui se adfuturum  
 Deus in nouo testamento non repro-

Actor. 2  
 v. 24.  
 h Prou. 16  
 v. vii.  
 i Psal. 15  
 v. 16.

kin c. 1.  
 Actor.

lAc. 6. & c  
 14. v. 22.

m Matth.  
 7. v. 7. Ioã  
 4. v. 13.

A misit. Nonnulla de sortibus etiam Io-  
 an. Arboreus L13 & commentar. in Ca.  
 1. Prouerb.

QVÆSTIO II.

De contractu sortis, siue Loterie,



ST in vsu frequenti Europæ  
 contractus quidam, quem  
 vulgo vocant Loteriam; iste  
 vel priuatim fit, vel publice.

B priuatim, pro arbitrio cuiusque, quan-  
 do aliquis equum vel quid simile statu-  
 to pretio (v.g. pro Laureis) exponit  
 sortiendū cui obtingat, & deinde in hæc  
 summam plures symbolam quisque  
 conferunt, & aleam iaciunt, quis equū  
 fit habiturus: vel etiam priuatim plures  
 annuli, libri, specula, vel alia suppellex  
 proponitur, inter familiares eodem  
 modo collatis symbolis (quæ vocatur,  
 C Loti) sortiendā. vulgo vocant la raffe,  
 aut, riffe. Quidam vocant ludam olie: o-  
 pinor propter vnam seu ollam, in  
 quam sortes iaciuntur.

D Publice vero cum instituitur, opus  
 est Principis vel Reip. consensu. sunt-  
 que hoc in contractu, siue publice siue  
 priuatim fiat, multa consideranda, vt  
 iustitia contractus, & perfectio illibata  
 maneat.

E Concluf. 1. hunc contractum esse lici-  
 tum. hanc probat bene Briard n, quod  
 sit licitus patet, quia nullo iure, nec na-  
 turali, nec diuino, nec humano prohibi-  
 tus: Non naturali, quia celebrari sic  
 potest, vt nulla in eo interueniat ini-  
 quitas, si feruentur conditiones mox  
 dicendæ. Secundo quia cedere potest in  
 publicam vtilitatem. 3. quia secundum  
 se, nihil est aliud, quam fors quædam  
 diuisoria, instituta ex beneplacito con-  
 certantium siue consortientium. Quod  
 diuino iure non sit prohibitus, proba-  
 tur, quia nec per sacram Scripturam,

nec



nec per vllam traditionem Ecclesiæ: quod nec iure humano, probatur. quia nec ciuilib, nec canonica lex vlla profertur, quæ de hoc contractu expresse egerit. Et fallitur Conrad. oputans prohiberi legibus quæ vetant ludum alearum. Nam imprimis hoc dici non potest de Loteria publica, in qua non iactur alea; & quoad priuatam illam *rifam*, in qua intercedit alea ( licet iure Castellæ prohibita sit iure nouo: ) ea quoque non est prohibita dictis legibus, de aleæ prohibitione agentibus. quod probo, quia ludus aleæ prohibitus est, non quia fortuna in eo dominatur; sed quia perdentes in ludo aleæ solent blasphemare, & etiam solent homines suas opes omnes breuit tempore sic consumere, & depauperari, vt patet ex ipsis rescriptis iuris p. Nam si in fortuna fundaretur dicta prohibitio: certe numquam, nec pro parua summa liceret ludere alea, tunc enim id prohibitum foret; quia per se malum. Nunc vero videmus iura permittere lusum aleæ pro re modica seu causa conuiuij q: & sententia est magis consona rationi & legibus, hoc interdictum solummodo pertinere ad solitos ludere, siue ad frequentantes aleam, siue ad deseruientes aleæ. ideoque censenda alea non esse prohibita, quia per se mala, sed malam facta quia prohibita, & quatenus prohibita: prohibita vero, propter geminū blasphemix & decoctionis periculum. Quorum vtrumque cum sublit nullū in hoc, rassa cōtractu, crediderim, sicut Briard. defendit postterius genus sortis in vnam coniectæ; à ratione similitudinis; eodem modo defendendū prius illud per aleam. Præterea quæ ad iustitiam vnus, eadem ad alterius iustitiā sufficient: & sicut lucrum in vno factum licet retinere, sic etiam licebit in altero.

A Notandum vero in hoc contractu duos contractus virtute misceri: primum, respectu eius qui iocale, vel suppellectilem exponit, & est vera quedam, sed implicita venditio; qua pro tali summa pecuniæ ipse, omnibus illis qui summam simul conficiunt vendit rem illam; puta equum, quinque fortientibus, quorum singuli decem aureos conferunt, vendit pro quinquaginta aureis. Secundum vero respectu emptorum inter se, sic enim contractus quidam fortis diuisoria, censentur enim sic inter se cōuenire, vt cui fors fauet, ille pro suis decem aureis totum equum habeat, & tota ipsi merx cedat, ceteri vero dispendium ferant singuli suæ symbolæ. Nec aliud requiritur ad iustitiam contractus vtriusque, quam vt tota summa simul adæquet, non excedat valorem mercis, & ipsi ementes omnes æqualiter subijciantur vtrique fortunæ, lucri & amissionis. Licitū vero hoc esse probat Fran. Garcias. quia reuera contractus iste in idem recidit, quo omnes isti sortientes in ita societate simul rem vel res illas, quæ forti exponendæ, emissent: tunc enim possent si vellent inter se cōuenire de sorte diuisoria iacienda, quid cuique rerum illarum obtingeret, quod licitū esse nemo vnquam negauerit.

2. Concl. conditiones ad iustitiam lucrari in hoc contractu consideranda sunt prouatione personarum, qua hic adsunt varia. ] Hanc asserit & optime explicat Franc. Garcias, & illum nullo addito sequitur Lud. Lopelius b.

E Notant quinque personarum genera in hoc contractu lucrari posse. Primo dominos mercis seu venditores: his licitum est tantum accipere pro mercibus quantum possent lucrari alio quouis contractu licite illas distrahentes, Quod tantum possint accipere, proba-

ali. 3. de  
contract.  
c. 20.

de con-  
tract. l. c.  
33.

de con-  
tract. 112.  
§. q. 71.  
concl. 2.

p. li. C. de  
tel. & sū.  
fun. Palu.  
in 4. d. 15.  
q. 3. a. 5.  
silo, ver-  
bo. ludus  
§. 4.  
q. 1. quod  
in conui-  
uio. D. de  
alea.  
r hoc vo-  
lunt Aug.  
sup. &  
Briard. su.  
& vide,  
cur esse  
gl. l. inc.  
episcop.  
verb. de-  
steruens,  
§. d.



tur: quia quoad ipsos intercedit cum sortientibus contractus venditionis. venditor autem posset consequi quantum merces illi iusti lucri adferre valent, hoc est quanti sunt ipsa merces. Si ergo amplius acciperet venditor iste, iniustum foret lucrum, & teneretur restituere. Si tamen quod amplius permittitur conferri ultra mercis pretium, id non cederet domino seu venditori mercis, sed pauperibus, vel officialibus seu ministris, licitus foret excessus, ut patebit ex modo dicendis. Hæc exceptio solet contingere, in publicis sortitionibus, quæ conceduntur Ciuitatibus vel Communitatibus, ut hoc pacto se liberent aere alieno: tunc enim solet Princeps hanc licentiam, considerata publica necessitate, pretium sortis aliquando paulo liberalius statuere: neque fit iniuria sortientibus, qui hoc sciunt. Cauenda vero fraus venditorum, ne sortitionem facere morentur, postquam sufficientes symbolæ sunt collatæ; item ne merces mutant, vel diminuant. Item ne, quando simul facienda sortitio, aliquas merces prius patiantur sortem subire. Pro quo sciendum. ordinariè certam diem præfigi, qua simul sortes omnes trahantur, die ac nocte labore non intermisso: interdum tamen instituitur sortitio, hoc pacto: primum proponuntur omnes partes siue suppellex sortiendæ tota; & statuitur singularum sortium pretium, verbi gratia, quinque stuferei, tum statim singularis volentium sortiri sortitio instituitur, quo quisque cõfert ordine, v.g. venio & offero decem stuferos, duæ sortes pro me extrahuntur statim, si venit statim alius, qui adfert quindecim stuferos, tres sortes pro illo extrahuntur, quodque mihi vel illi obtingit, hoc auferimus. Hic modus periculosus est, nec deberet à principi-

A bus permitti, quia multis fraudibus est obnoxius. Nam primo, cum non intercedant in sorte ducenda solemnitates, quæ solent in altero genere, facilis est, ut fiat aliqua collusio. 2. non potest constare facile de æqualitate pretij: tum quod si certum tempus præfigatur, fieri potest, ut tunc non satis multæ symbolæ sint collatæ: si tempus liberum permittitur, fieri potest, ut venditor nimis diu hanc exercens sortitionem, lōge accipiat ultra pretium mercium. Nec sufficit dicere, fieri etiam posse, ut infra hoc accipiat, & sic communem aleam subire. *respon.* enim, non debere vllum fortunæ periculum hic interuenire inter emptorem & venditorem, quia ipsorum adinuicem respectu, est contractus venditionis, sed inter ipsos tantum emptores: respectu enim ipsorum mutuo est contractus sortis. Denique cum sic merces subtrahantur, quæ sortito contigerunt, semper villior sit nota merx, & ideo iniustum est durare idem singularium sortium pretium. Si dicas semper alias æque bonas merces suffici ablati: neque hoc est satis credibile, neque sufficit. nam nimis diuturna permittitur licentia venditori hunc exercendi contractum. Longe itaque tutius est & securius, tum Reipub. tum priuatis, hoc secundo genere dicto, prius tantum exercere.

E Secundo poterunt lucrari ipsi emptores siue sortientes. quia poterit, qui vnam sorte drachmam contulit, mille accipere. nã quicquid illi citra fraudem fors obtulit, id potest auferre & retinere, ratio est, quia omnes sortientes in hanc conditionem consenserunt, ut quisque auferat, quod illi fors detulerit: atque ita omnes æquali subsunt periculo. Nam qui multas symbo-



las colligit, vt multis potest frustrari, sic multis potest lucrari, qui paucas, paucis & lucrari, & pauci iacturam potest facere. Cauenda hic collusio fortitionum & eorum qui fortes extrahunt, leguntque. Quod si quis per huiusmodi collusionem aliquid fuerit consecutus, tam ipse, quam collusores tenentur ipsam rem illā restituere, non domino priori siue venditori fortis (quia iam illam ipse vendidit) sed consortibus, qui emerunt dubium euentum: & ideo res illa debet vendi, & pretium inde redactum, inter socios fortitionis iterum forti subiiciendum: vel si res extet, ipsa met. In hac vero fortitione an sit admittendus fraudator? certe si fraudem non adhibuisset, fors illa ipsi non aduenisset: & pœnam peccati sui æquum est eum sustinere: tamen quia fieri potuit, vt alia fors æque bona illi fuerit obuentura, & nulla lex eum priuat iterata fortitione, ideo mihi res dubia est, nec auderem eum arcere.

D.

Tertio ministri & officii, qui adstant fortioni, tum in scedulis scribendis, tum in fortibus extrahendis, tum ne quid fraudis vel doli committatur: licite stipendium aliquod pro labore suo recipiunt, ita tamen si nec plures, quam necesse sit, ministri huiusmodi adhibeantur, nec æquo amplius stipendium ferant, nec diutius quam necesse foret, rem extrahant. Quæ vera, tam respectu venditoris, quam emptorum: scilicet si nolint plus æquo tribuere, vel nolint rem sic extrahi, vel nolent tot ministros adesse. Nam si consentiant, non video cur minus hic operetur consensus emptorum, quando ipsorum expensis ministri adstant: quam venditoris, quando ipsi expensæ soluendæ. Neque mihi hoc satis per-

A pendisse videtur Garcias, dum putat has exceptiones tantum locum non habere, quando ministri à venditore sunt alendi. Si quæras à quo ordinariè alendi? cum lucrum ipsius fortitionis, hoc est, quod fortiendo contingit, omnino pertineat ad emptores, neque huius lucri pars vlla cedat venditori: & impensæ ministrorum fiant ratione ipsius fortitionis, hoc est, ratione secundi contractus virtualis, non ratione primi: sequitur impensas eorum esse debere, inter quos lucrum ipsum partiendum est, & inter quos celebratur secundus contractus. quæ est communis sententia *a*.

B Sed alcocerius vnum excipit casum, quando scilicet venditor aliter sine impensis in proxenetas, aut infitores, non potuisset illas merces distrahere: cum enim ipse tunc per fortitionis compendium euitet illas impensas, æquum videatur, earum loco, subire partem impensarum fortitionis; Nihilominus Garcias & Lopezius contendunt etiam hoc casu, rationi illi communi locum esse: quia ad venditorem iam fortitio illa nihil pertinet. Æquior tamen (vt puto) est sententia Alcoceri. quia commodum illud, quod percepit venditor, reuera dependet, & prouenit virtute ipsius fortitionis; nec sine fortitione illud consecutus fuisset: & sic quoad hoc negotium non debet considerari venditor expers commodi ex fortitione. Deinde in praxi receptum, vt venditor soleat hæc omnia subire, & omnes expensas facere, non tantum factas in taxatione & valore mercium constituendo, sed etiam factas in ipsa fortitione: verum in ipsa taxatione fortium (verbi gratia summæ totalis, ad quam numerus & valor fortium pertingere possit,

*a* Alcocer. de ludo c. 19. Garciaz d. c. 20. Lopez. d. c. 23.

D

E



Habetur ratio probabilis omnium istarum impesarum: & sic Domini in sortium solent recipere. Alioqui si emptoribus aliquid propterea decederet, tum locum habet, quod dicit Molina p. 2. de iust. disp. 509. nempe, id à principio publicandum esse.

Quinto licite deducitur & accipitur ex tota summa pretij emptionis illa quantitas pecuniæ, quæ assignata fuit à Principe ad opera pia vel eleemosynas: siue illa deducatur à portione venditoris seu pretio, siue à lucro, quod cedit sortientibus, siue ab utroque: præsertim si ab initio hoc promulgetur.

Pia enim & religiosa est cõsuetudo, qua Princeps vel Respub. talem licentiam contractus sortiarum concedens, aliquam partem sic reseruat: nec iniuriã facit contrahentibus; non venditori, cui non tenetur aliter licentiam dare: non emptoribus, qui hac conditione pecunias suas sorti subiiciunt: Quod de causa piã dictum, idem tenendum de publica necessitate, quare posset aliquid reseruari ad soluendum debita Principis vel Reip. si tamen vere talis necessitas subesset. Ideo quando conceditur in remedium Ciuitati vel cõmunitati, vt posset Princeps aliquid segregare, ad necessitates illius Ciuitatis, licet etiam posset taxare liberalius summam pretij. Sic bene Garcias.

Ultimo potest is, cui merx aliqua cessit, quia symbolas contulit plures omnibus alijs, vel certo numero intra tot dies, mercem illam recipere & retinere.

Intellige quando cumque acceperit, dummodo non sit res ex numero illarum, quæ iam expositæ sortioni: quod si ex earum numero sit, non potest eam accipere, postquam aliqui iam symbolas contulerunt. statim enim, vt contulerunt, in hanc mercem ipsis ius fuit acquisitum, sic fit vt venditor

A alteri addicere nequeat; quod iam alteri venditum. Hæc ratio satis indicat, hoc intelligendum, quando instituta iam sortione, vel acceptis symbolis, fit promissio. Si enim promissio facta foret vt solet, ante symbolarum collationem, hoc est initio, quando sortis diuisoria siue Lotheria fit publicatio, tunc enim sæpe additur, qui primam symbolam contulerit, is habebit hoc vel illud, qui intra tot dies tot symbolas contulerit, habebit illud, qui numero vicerit reliquos intra tale tempus, illi hoc cedit; tunc isti omnia etiam post inchoatas sortes acquirerent, quæ ipsis promissa fuerunt ante sortionem, & antequam res ipsa venderetur: & tunc sortientes in hanc conditionem consensisse sunt censendi. Sic intelligendi Garcias & Lopezius. & sufficiat ista de hoc cõtractu. *Lotheria*. de quo vide Molin. d. loco & P. Zaa in Aphorism. verbo venditio. n. 15.

### QVÆSTIO III.

#### De purgatione Canonica.



*Canonica purgatio* dicitur, quæ regulis Ecclesiastici iuris consentanea est: quæ duplex est, vna *per iurandum*, in

D qua nihil est sortis: hanc soli improbant hæretici, qui contendunt nunquam licere iurare, ne in iudicio quidem: contra quos legi potest Alf. à Castro b. Cochleus contra Anabaptistas & Gregor. Valentia c. Probatur etiam hæc purgatio quoad Laicos in Concilio Triburienſi d. sicque testatur Cramerus lib. 19. *histor. Polon.* de Sophia Reginam de stupro accusatam, & 108 septem honestarum ac nobilium iuramentarum iureiurando purgasse. Probatur vero quoad presbyteros & Episcopos, constitutione Gregorij Magni, qui varios Episcopos sic se iussit

purgare



ec. pref-  
byr. cum  
q. seq. d.  
q. 4.  
ca. super  
causad. q.  
4.  
gc. quo-  
ries ibi.  
hc. omni-  
bus ibi.  
ic. s. legi-  
timi ibi.  
ic. prel-  
byter si a  
plebe ib.  
ic. mada  
illis ibi.  
ic. me au-  
ditum ibi.  
ic. sigeber-  
in chron.  
ic. sepe  
contin i  
bid.  
ic. si Epif.  
ibid.

anno  
870. in  
Chron.

purgare e idem statuere ALEXAN-  
DER s. Innocentius g, & LEO h PON-  
TIFICES idem sancitum in Concil.  
Agathensi, & Ilerdensi k; id ipsi fecere  
SIXTVS l, & LEO III. m & Pellagius  
PPn.

Altera purgatio est, per venerabilis  
Sacramenti Eucharistici sumptionem, hanc  
CATHOLICI contendimus esse lici-  
tam, quando iniungitur ab Ecclesiastico  
iudice competente. In veteribus Ger-  
mania concilijs hæc purgatio fuit pro-  
bata. Statutum enim illis, si furtum in  
monasterio committatur, tunc fratres  
se ita expurgent, missa celebretur, in e-  
orum præsentia, & ea expleta omnes in  
hæc verba communicentur: Corpus DOMI-  
NI sibi tibi hodie ad probationem o. Item;  
si EPISCOPO aut presbytero aliquod ma-  
lesicium imputatum sit, pro singulis missam  
celebrare debet, & communicare: & de sin-  
gulis imputatis se, innocentem ostendere.  
Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus  
Ecclesie extraneus habeatur p. Nec desunt  
exempla PONTIFICVM optimorum,  
qui hanc expurgationem exegerunt.  
LOTHARIUS REX pactis cum NI-  
COLAO Pontifice non steterat, sed ad-  
ulteram iterum in thalami partem re-  
duxerat, profectus Romam absolui pe-  
tit à Pontifice HADRIANO, dicens se  
promissis NICOLAO factis stesisse,  
PONTIFEX pro comprobatione inno-  
centia (ait SIGISBERTVS q) ad examina-  
tionem corporis & sanguinis Domini tam  
regem quam opemates regni inuitant. Illi  
nihil Deum veriti, corpus Domini nostri, te-  
mere & perperam acceperunt: sed rege in  
itinere Placentiæ itatim moriente, &  
omnes intra annum reliqui perierunt.  
Malus erat Imp. HERICUS, sed tamen si-  
mile sacrilegiū cōmittere exhorruit,  
inuitate illum ad similem sacramenti  
Venerabilis purgationē Gregorio VII  
Pontifice tam Sancto, quam malis cū-

A  
B  
C  
D  
E

Etis inuiso, tam religioso, quã hæreti-  
cis semper odioso. Narrat historiã Lã-  
bertus Scaffnaburgensis his verbis a;  
Ita absoluto eo (Nempe Henrico Imp.)  
excommunicatione, Papa missarum solem-  
nia celebravit, consecrataque sacra oblati-  
one, Regem cum cetera, quæ frequens ad-  
erat, multitudine ad altare euocavit, præ-  
ferensque manu corpus Dominicum: Ego, in-  
quit, iam pridem à te tuisque fautoribus lit-  
teras accepi, quibus me insimulabas sedem  
Apostolicam per simoniacam hæresim occu-  
passe, & alijs quibusdam tam ante Episco-  
patum, quã post acceptum Episcopatum cri-  
minibus vitam maculasse, quæ mihi se-  
cundum scita canonum omnem ad sacros ordi-  
nes accessum obstruxerunt, Et licet multo-  
rum idoneorum certe testium ad stipulatio-  
ne crimen refellere queam; eorum scilicet,  
qui omnem vitam meam ab ineunte ætate in-  
stitutionem integerrime nouerunt, & eo-  
rum qui meam ad Episcopatum promotionis  
auctores fuerunt. Ego tamen ne humano  
potius quã diuino niti videar testimonio,  
vt satisfactionis compendio omnem omnibus  
scandali scrupulum de medio auferam; ecce  
corpus Dominicum quod sumpturus ero, in  
experimentum mihi hodie fiat innocentia  
mea, vt omnipotens Deus, suo me hodie iudi-  
cio vel absoluat obiecti criminis suspitione,  
si innocens sum; vel subitanea interimat  
morte, si reus. Hæc & alia, vt solenne est,  
præfatus verba terribilia; quibus Deum  
causa sua aquisimum iudicem, & innocen-  
tia assertorem adesse precabatur partem Do-  
minici corporis accepit & comedit. Qua  
liberrime absumpta, cum populus in laudes  
Dei, innocentia eius congratulatus, ali-  
quandiu acclamasset, tandem impetrato si-  
lento, conuersus ad regem. Fac ergo sibi, in-  
quit si placet, quod me facere vidisti. Prin-  
cipe Theutonici regni, sui in dies accusati-  
onibus aures nostras obtundunt, magnam  
tibi molem capitalium criminum impingen-  
tes, pro quibus non modo ab omni rerum pu-

anno  
1077.



blicarum administratione, sed ab Ecclesiastica etiam communiōe, & ab omnimoda vita seculari conuersatione vsque ad extremum spiritum te suspendi oportere existimant. Petunt etiam magnopere diem & locum statui, audientiamque praestari canonicè discutiendis, quas aduersum te adferant, accusationibus. Et nostri optime humana plerumque vacillare iudicia, & in publicis disceptationibus nonnunquam falsa pro veris persuaderi, dum pro disertorum hominum ingenijs & dicendi copia & suauitate falsitas verborum phaleris adornata libenter auditur, & veritas nulla eloquentia nixa adminiculis contemnitur. Cum ergo tibi bene consultum cupiam pro eo, quod in calamitatibus tuis supplex Apostolica sedis patrocinium expetisti, fac quod moneo. Si te innocentem nosti, & existimationem tuam ab amulis tuis per calumniam falsis criminacionibus impeti, libera compendiose & Ecclesiam Dei scandalo, & te ipsum longa concertationis ambiguo & sume hanc residuam partem Dominici corporis: vt comprobata Deo teste innocentia tua, obseruatur omne os aduersum te iniqua garrientium: & me deinceps causa tua aduocato, & innocentia tua vehementissimo assertore, Principes, tibi reconcilientur, Regnum tibi restituatur, omnes quibus iam diu respublica diuexatur bellorum ciuiliū tempestates in perpetuum sopiantur. Ad hac ille inopinata re attonitus, astuare, tergiversari, &c.]

C Sequitur quo pacto experimentum hoc innocentiae suae facere detraharit. Vidisti (lector) indici huius formulam, vidisti causas. Haec nonne vera: quod Deus fidelissimus veritatis sit testis: quod in humanis disceptationibus fallaciae sit locus, diuinam verò disquisitionem nec falli posse, nec fallere? in formula, quid nisi pium, quid nisi consentaneum sacris litteris, praecipisque

A diuinis? verba quae rem deceant: res ad honorem Dei, pacem Ecclesiae, concordiam iustitiamque faciendam, scandala schismataque tollenda instituta & peraccommodata. quid igitur Leguleius vilis b lummis Ecclesiae Antistitibus obstrepit (quid rana conatur in elephantum intumescere? cur hanc vocat; furiosa exploracionis speciem? cur Episcopos Sacramentales, per ludibrium homo Sacramentarius appellat? vnicam adfert rationem, rationis expertem. Quia in execrationem sic & perniciem conuertatur, quod ad salutem institutum putabatur. Putabatur ergo, & non erat? iam CHRISTVS mendax, qui hoc aperte professus? Nonne eius sunt ista? Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo. Si salus in me & ego in Salvatore, putabor tantum saluus & non ero? Quid illa d? Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Falsa promissio, si viuere putatur duntaxat. Quid denique illud clarissimum? Non sicut patres vestri manducauerunt manna & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in aeternum. e. viuet, plane, viuet, ad salutem que veram & perfectam hoc institutum non putatur fuisse tantum, sed scitur: sed fide creditur. Nonne dixerat veritas? Hic est panis de caelo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus qui de caelo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. ] Credat non esse salutem, qui non credit sub panis specie esse carnem. Nos carne credimus, salutem credimus: non tamen omni sumeti.

Sumunt boni, sumunt mali,  
Sorte tamen inaequali  
Vita, vel interitus.  
Mors est mala, vita boni.

Vide

Homonia  
caluinista  
Coment.  
de Feud.

Ioan. 6.  
v. 56.

1. vel. 57.

1. vel. 58.

1. vel. 59.



Vide parū sumptionis,  
Quam sit dispar exitus.

Sed D. THOMAS non credit tabulæ: an nec Apostolog. quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis & sanguinis DOMINI, Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus DOMINI. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus non vtrius iudicaremur. Igitur indigne sumentibus perniciēs semper, & execratio fuit, nō institutione, vel instituentis voluntate, sed sumentium peruersitate, qui quod ad salutem eorum datum, in mortem malunt abuti. Institutum initio ad vitam æternam digne sumentium, sic lumen: nullus Pontifex, in perniciem, aut execrationem conuertet, nullus voluit, nullus potuit. Ac qui sumit in testem innocentiam, cum sit nocens, digne sumit? ò iuris Sacerdote dignum iudicium! sed eo, qui iustitiam nobis Deam, pro habitu seu virtute iustitiæ, definiens nouum Iustitiæ sacellum erexit. Quid aliud in tota forma purgationis proponitur, quam quod à B. Paulo sancitum? Nonne hoc purgatio indicit? Dei testimonium optimum & certissimum est, illud adducatur & dubium tollat, Si reus es, noli eum testem aduocare; si innocens es, aduoca. Proba te ipsum prius, diiudica, reus es? caue accedas, damnationem manducabis, & exitium adferet tibi sacrilega audacia: abstine, moneo, & edico. At, nil conscire tibi, nulla te mortali culpa pallefcere, postquam conscientiam arcana scrutatus es, deprehendis; adesum securus, innocentiam non dedit, qui pro nocentibus obijt, vt eos ad innocentiam reuocaret. Quid in his mali? quid falli? Non

A defuit Deus innocentibus, & hoc indicio eos expurgauit, nocentes vero necauit. Absoluit Gregorium VII. damnauit Lotharium, Absoluit, in Morinis virum nobilem Erkimbaldum de Borban, quem Comitem vocat Cantipræntensis. hic lecto affixus intellexit à Nepote (filium alij contendunt) vi virgini vitium oblatum. Domini hæredem nemo accusare, multo minus punire audebat. Quid faceret æger? iustitiam negligat? gladium illi in vindictam malorum DEVS tradiderat. Nepotem qui occidat, non reperitur. Si faciat ipse? fraude opus, & parricida vocabitur. Vocabor (inquit) sed ab hominibus carnifex futurus sanguinis mei; sed iustus vltor, sed iustitiæ defensor in oculis Domini. An quia Nepos, non nocens? successore carebo, prouidebit Dominus, cui seruiō, cuius gloriæ affectus meos postpono. sic animatus, pugionem abscondit sub cervicali, vocat Nepotem, tanquam vltima ei monita & mandata daturus. Venit adolescens, quinto post die, placatum sperans auunculum. Accedit, postulantis capiti aurem admouet. Ille pro osculo, pugionem condit in gutture, nec desinit premere, donec videt exhalasse. Hanc accipe victimam iustitiæ Deus (addit) tibi immolatum. scis quæ in animo & visceribus meis doloris magnitudo obuersans lancinet paternum amorem: sed vicit amor tui. Paulo post virescens deficere, obit ex omologesim: tacet de cæde nepotis: quæ in ore omnium recens. Quærit EPISCOPVS silentij caulam. si oblitus: num saltem nunc se accuset, & animo pœniteat? respondit Burbathus, se iustam credere, & quod meritorium putet, id nolle infectum. Episcopus eius pertinacia detestata (sic putabat) redit ad templum, De via reuocat æger, tum ait redeunti.

Vt,

g1. Cor.  
ii. v. 27.

Commen  
in Iustin.  
Iustit.



Vt, pater, quam diuersa Dei sint & hominum iudicia intelligant, qui tecum praesentes, aperi (quaso) hierothecam, in qua signus salutis asseruatum adfers. recludit ille, nec hostiam reperit: hanc admiranti aeger se in ore, mediatore angelo datam, ostendit habere. Historia notissima est toti Belgio, non elegatis modo & accurati artificij picturis vetustissimis in Bruxellensi ciuica domo exornata, sed etiam historiarum monumentis contestata. *a* Sic Deus etiam absoluit Sibichonem Episcopum Spirensis coram Henrico III. adulterij accusatum *b*. Sic saepe nocetes & culpa reos indigne sumentes, vel Deus panis corripuit, vel non permisit fumere, & transmittere *c*. Interdum tamen permisisse Deum hoc scelus impunitum in praesens, dilata in posterum digna ultione, nos docet Andronici Imp. perfidia apud Choniaram *d*. Sed occulta iudiciorum abyssus a nobis non scrutanda. Sublata tamen aliquando haec purgationis forma, eo quod suspectis non est danda Eucharistia *cap. dilecti de purgat. canon. cap. tribus de consecrat. d. 2.*

*a* Cantipr. l. 2. c. 36. par. 6. Fulg. lib. 1. c. 6. sed melius Casarius l. 9. c. 38. *b* Crantz. 4. Saxo. c. 43. Ad. 3. c. 31. & Chron. Hirsaugi. *c* Cyprian. sim. de lapsis Greg. T. onen. l. 1. de glo. mart. cap. 88 Petri Cluuius. l. 1.

QVÆSTIO IV.

De vulgaribus purgationibus.



Nortium Politicarum numero censi possunt miræ quædam iudiciaræ disquisitiones, quib. fortuito euentui veritas culpa vel innocentia decidenda permittitur. Vulgares vocat purgationes, idque rectissime: vt nomen nobis indicet nullo ipsas legitimo vsu, sed vulgi quædam vsurpatione & obseruatione superstitiosa fuisse introductas: plerasque etiam iure canonico expresse vetitas. Solet ijs Deus tentari potius, quam voluntas eius explorari. Vnde &

*a* de mirac. c. 242 5. 31 Caesar. l. 3. examp. c. 59. 60. 61. Surlus in vita S. G. defridi. l. 3. c. 12. *d* l. 1. An. nal. in fine vite Manuel. Conneni.

*A* exploratoria probationes Latine dicuntur Barbaro vero vocabulo in Constitutione Neapolitanis. *paribiles leges*, eo quod rem non sciri, sed apparere tantum faciant. In his plerumque peccari, tentando Deum, probabitur postea.

Talis purgatio est, quotiescumque poscitur, vt Deus miraculum faciat: veluti si quis confusus innocentia sua, peteret se septies percuti gladio, ad innocentiam suam probandam, vt factum in femina septies icta e, aut in ignem intraret, de quo postea.

*B*

SECTIO I.

De prouocatione ad diuinum iudicium.



Sæpe fit, vt qui se iniuria affici ab alijs putat, nec hominum praesidium vel auxilium superesse cernunt, ad Deum confugiant, non quidem malis vt illos eripiat, sed vt sumpta de persecutoribus ultione tali indignos supplices iniuria fuisse, cunctis faciat manifestum: interdum illos ad tribunal Dei fisci intra certum tempus, interdum nullo tempore addito iubent: *citationem ad comparandum coram Deo iudice* vocant, de hac merito dubitant plerique quid tenendum: metuendane citatio sit, nec ne sitem licita citanti, an illicita?

*D*

*E*

Quoad citantem & quiritantem, ob iniuriam, Dico primo, si citra odium, aut vindictæ cupiditatem, vel impatientiam, iram, desperationem, vanitatem, aut aliam vitiosam affectionem, per iniustitiam oppressus quis, hoc faciat, bono fine (puta vt innocetia eius appareat, nec infamia grauetur familia aut vt liberetur mulier tali tyranno, aut vt resipiscat, & terrore percussus, poeniteat, desinatque ab oppressione & concussione miserum) licita est talis citatio. faterur Feuard. si se tale non audere damnare, equidem

cum

de qua est epist. D. Hier.

*B*

sextus c. 19. Elib.



cum res sit indifferens, & finis bonus, puto actum esse meritorium. nec desunt exempla Sāctorum hominum. Sic enim Sara dixit Abraham: *g. Iudicet Dominus inter te & me*, Sic Dauid ad Saulem *h. Iudicet Dominus inter me & te, & visitetur me Dominus ex te.* & Zacharias filius Ioiadae, cum iussu Iosabæ regis interficeretur, similia protulit: *videat Dominus, & requirat.* Nec alia mens septem Machabæorum Martyrum *k*, quorum prophetia vim habuit imprecationis & citationis, ut illæ priores duæ; quæ ambo exitio persecutorum paulo post fuere comprobatae. Nonne Apostolus Alexandro ærario impunitam esse non debere censuit iniustitiam eius, cum diceret *l. Reddat illi Dominus secundum opera sua.* *h* malum magnum pro multis malis, quæ illi ostenderat. Nonne Sancti martyres, etiā noui testamenti, clamant ad Deum? *U*squequo Domine non iudicas, & non vindicas, sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Legimus etiam de Beato Eustachio Abbate, cum hæreticus quidam Agrestius, B. Columbanum iam mortuum conuictis & calumnijs laceraret, sic ultum esse calumniatorem, idque in concilio Matifconensi. Ita namque scribit Ionas Abbas, eius contemporaneus: *n* cum sic ille (Agrestius) friuola garreret sagax Eustachius, ut erat virtute patientia & scientia insignis, respondit. In horum presentia Sacerdotum te ego, eius discipulus & successor, cuius tu disciplinam & instituta damnas, ad diuinum iudicium illo intra presentis anni circulum disceptaturum inuito, ut iusti iudicij examen sentias, cuius famulum tuis obreccationibus maculare conaris. Scire vultis euentum citationis? post aliqua media, sequenti capite subiicit Ionas: *Sed cum ille (Agrestius) sepius sibi datum penitentia locum non agnosceret, ut Beati Eustachij*

**A** *sententia, ad diuinum iudicium ipsum vocanti proualeret, ante triginta dierum circulum, priusquam ventus anni metacompleretur, à seruo suo, quem ipse redemerat, securi percussus interiit.*

Accedat & aliud tempore legis gratiæ. Gualterus Burgentis, vir doctrina & sanctitate clarus, per iniuriam pulsus Episcopatu Piætauenfi, à Clemente V. quamdiu vixit, iniuriam patienter tulit: moriens iussit, credo ad exemplum aliorum sepulchro inscribi: *Ad iustū Dei iudicium appello.* Legit elogium Clemens & iniurie, quam intulerat, memoria, expauisse ferunt: addunt a alijs, non diu post obiisse: sed, quem citant Voleterranus, id non addit, & fabulosum puto.

Memoratu dignissimum est, quod legitur apud ætatis illius scriptorem doctum, eruditum & veracem. his verbis: **C** *Monasterium D. Iacobi apud Leodium notum multis est & acceptum, istud quidam adolescens, consobrinus maioris Præpositi causa deuotionis & religionis intrauit, quod ut audiuit Præpositus, indignus tulit: mox forti manu collecta satellitum, intrat violenter cœnobium, rapit iuuenem, & nudatum sancto habitu, seculari induit. Abbas ergo monasterij, collectis primoribus ciuitatis, Episcopo conqueritur, & totum clerum protantis iniurijs interpellat. Hoc autem cum indignanter audire vix vellent Episcopus, & Abbatem potius duris verbis impeteret, flexi. Abbas genibus, cum moderamine verborum dixit: iudicem contra te (o Præpositus) in terra habere non possum: & ideo contra te Deum summum iudicem interpello, ut intra quadraginta dies uterque nostrum compareat coram illo, sententiam promeritis accepturus. Ad hoc Præsul cachinnans cum suis irrisit hominem, atque spreuit, & repulit exprobratum. Quid plura? quadragesimo die circa nonam mortuus est dictus abbas: & cum pro eo solemniter*

Hhhh

puls-

† Raphael  
Volaterr,  
in thro-  
po, lib. 21.

g Gen. 16.  
v. 5.  
b. Reg.  
24. v. 14.  
i. Paral.  
24. v. 23.  
k lib. 2.  
Mach. 7.  
v. 17. & 9.

l. Tim. 4.  
v. 5.

m Apoc. 6.  
v. 10.

n vitæ S.  
Eustach.  
seu Eusta-  
si c. 6. m. c.  
se Martio

extremus  
c. 17. Eust.



Pulsaretur, sedens in balneo Prapostus, quasi à circumstantibus, quid hoc esset? moxque quidam ingrediens respondit, Abbatem D. Iacobi modo esse defunctum, & pro eo pulsationem fieri tam solemnem. Idem ergo recordatus Prapostus quadragagesimum diem esse, quasi citatum audierat ab Abbate, consternatus animo, dixit suis, cito videte quid faciam? mortuus ego sum, comparere me hodie summi iudicis aspectibus oportebit. Nec mora, post verba hæc, cum balneum egredi festinaret, in adstantium manibus cum diro eiulatu & vocibus exspirauit: ibi proculdubio respondere compulsus, ubi causarum strepitus cessant, iurisperitorum aduocatio conticescet, ubi nec preces, nec precum liberabunt.

Hactenus Thom. Cantipraten. alias Crabantius in libr. Apum. Cestrensis etiam libro septimo. tradit Innocentium quartum à Rob. Grossetest dicto Lincolnien. famigerato illa ætate Philosopho, quem excommunicarat, & ille ad Deum iudicem prouocarat, Pontificem ad Dei tribunal citans, mortuum quo die mortuus est Robertus, auditamque hanc in Pontificia aula vocem: VENI MISER AD IUDICIUM. repertumque sequenti die Papam in lectulo exanimatum, ac liuidam in eius latere cruentamque plagam, ac si fuisse percussus fuisset, & id accidisse an. 1253. cui consentiunt Matthæus Parisius. Ioan. Buriensis. & alij Britannici scriptores, quorum hoc commentum puto ab hæreticis vel schismaticis eorum operibus fortassis insertum. Nam Neapoli hunc Innocentium in expeditione contra Manfredum mortuum scribit Naucleus, parum Pontificibus adductus *chronic. fol. 2. generat. 42.* & non meminit talis citationis, vt nec Platina, (nō reticurus) nec Monachus Paduanus, nec Paulus Langius Cygnolus Monachus Bozaniensis, sed perfidus hære-

A ticus: nec alter hæreticus Mutius in chronic. Germanorum, Nec ex Catholicis quod sciam Gentium aliarū quicquam, non Onuphius, nec Massonus nec Ricordanus, nec Episc. Nebientis, nec Volaterranus, nec Flavius Blondus, qui accurate de morte & anno mortis eius consentiunt; & omnes fatentur eruditione iustitia, sanctitate Innocent. 4. excelluisse. Relinquit igitur prudens lector fabellam de Innocent. 4. Britannis, vt ad Arturi rotundam mensam suauiter eam fruatur Balæus, non tam ingeniosus, quam impius similitum dogmatum fabricator.

B Dico. 2. Periculosum est hominibus non comperto sanctitatu has citationes imitari. Nam facile fallit amor proprius & persuadet nos iniuriam perpeffos, cum non timus: facile etiam latens aliqua gloriola, vel vindictæ, vel alterius perturbationis animi nebula se immiscet, vt veritatem non videamus.

C Dico 3. lethali ter peccant, qui scienter iniuste alios citant. probatur quia nocent iniuste & grauiter. licenim sugillant eos quos citant, vt oppressores Innocentia. minus etiam constantes graui terrore percellunt, ita vt ex metu mortis possint in morbū incidere & mori. Quod fortassis aliquando corripit.

D Quoad eos vero, qui citantur, existimo duas regulas posse statui. Prima est, si constet eos iuste iudicasse, nec vllum esse dubium de sententia aut facti, propter quod citantur, agitare: tunc posse huiusmodi citationem ab illis contemni. Ratio est, quia iusto iudici præmium à Deo, cuius vicem fungitur, non supplicium est expectandum. Sciebat hoc magnus ille Imperator militum Gundizalus Ferdiaandus de Corduba: Qui cum Tarentum obsidens maleficum quendam seditionem, (inquit Louius b) militem ad supplicium duci iussisset: ille multū reluctatus se

6 in viti  
Gualdus

iii-



miquissime damnari vociferaretur, & proinde Gonsaluum ad dicendā causam, ad Dei maximi tribunal magna voce citaret: vade, inquit Gonsalvus, festinag, confisus optimo iudici, & causam instrue. Nā ibi pro me aderit. qui oportune respondeat Alfonso frater: qui nuper, ex Serra vermegia, in celū contēdit. Tum enim Gonsaluo nūciatum fuerat, fratrem à Mauri circumuentum, dignam forti pioq, duce mortem appetisse. ] Sic ille merito nebulonem iniuste prouocantē contempfit.

Altera regula sit, Quando iudex aliquā animi perturbationem sensit: que ad damnandum, vel mouit omnino, vel ad citius dānandum mouit: vel etiam nō vsq, adeo certa est sententię iustitia, vt non supersit probabilitas contrarij metuit: tunc male facit iudex, si contemnat huiusmodi citationē: recte facit, si diligentius iterū omnia momenta & quacūq, ad veri indagatiōem pertinent, examinet ac perpendat, & reum interim in custodia seruet, vt vel retractetur prior sententiā, vel maturiore consilio cōfirmetur. ] probatur hęc conclusio. (quæ Feuarentij quoque fuit.) tū quia iudices non possunt nimis circūspēcte procedere in re tanti momenti, cum non hominis, sed Dei iudiciū iudicent: et tū quia, qui videbantur nocentes ex allegatis & probatis, eos tēpus postmodū sępe docet fuisse prorsus innoxios. nō opus est exempla proferre, sunt ad manum nō pauca, nec obscura, & tum denique, quia sepius accidit tales citationes nō esse irritas, Scribunt Historici Hispanorū Ferdin. III. Regē, iussisse duos nobiles perduellionis reos ex turri vel rupe altissima præcipitari: illos constāter crimē negasse, quod quia videbant se frustra facere, tandem ad diuinū tribunal prouocasse, regique denūciasse, ibi, vt se ante diem tricesimum, silteret: Ferdinandum postea ipso die tricesimo satis subita morte arreptū a. Germania

A sola multa præbet exempla. Menuercū Paderbronnens. Episc. gra. contumelia Corbeiensis quidam mortuus affecterat: cui Episcopus: REDDITVRVM ALTISSIMO FACTI RATIONEM prædixit. Monachus floccipendus risit Episcopū Ecce moritur antistes: & nihil mali sentiens ante monachus, in ipsa hora mortis Episcopi expirauit b. Paucis annis postea Henric. Mogunt. (vel secundū alios V Vormaciensis) Episc. falso, & per calumniam Arnoldi: accusatus, & per præuaricationem Cardinaliū duorū à Pontif. Eugenio. 3. ad causę cognitiōē delegatorū, depositus ipso Arnoldo suffecto, fuit: sed ad iustū iudicē Deum interposita appellatione, sequenti anno mortuus fuit. Eius audita morte; ambo illi Cardinales obiēre subito: alter digitos prios arrodens: alter in latrinis, Arii morte c. Tempore Henrici quarti, Buchardus Halberstad. Episcopus, & Meginherus Abbas Herfeldes. de iurib. Ecclesiarū litigantes: inuicem ad Dei tribunal euocarunt, & ambo die dicta repente ex hoc sæculo migrarunt. Sic olim ex Auentino li. 4. scripseram; sed commentum inueni additum ab Auentino, quod inuicem citarint, solus Meginherus Episcopum citauit, qui solus iniuria fuerat affectus, vt patet ex eius ætatis scriptore Lamberto Saffnaburgens. quem vide, & ab Auentino caue. In vicina Germaniæ Gothia, memorabile accidit illud Ioannis Turfonis, de quo sic scribit Olaus d. *quendam capite plecti iusserat. Is genibus innixus, enmior iniuste, inquit, teque voco hac hora ante tribunal Dei, vt respondeas, cur me innocentem morti condemnes. Vix autem miser carnifici manu obruncatus fuerat, cum etiam iudex de equo corruit exanimus.* ] Ligurię pars nota Italię. ibi Genuentium triremes aduersus pira-

bcraetzius  
li. 4. Me-  
cropro. c. 4

cConrad.  
in Chr.  
Mogun-  
tino.

dlib. 14.  
hist. A.  
quilon.  
c. 20.

62. Paral.  
19. v. 6. &  
7.

a Ritus  
l. 3. de Re-  
gib. Hisp.  
Mariana  
in Hispan.  
Annal. li.  
15. c. 11.



SECTIO II.

De purgatione Monomachia.



Vlla fuit quondam frequentior purgatio ista; quotiescumque criminis notitia seu probatio obscura; vel actor reum prouocabat; vel reus ipse offerebat se, aut suo loco alium: inuentionem quidam Martinæis tribuunt; alij volunt antiquiorem esse: constat etiam Palæstinis in vsu fuisse, ex Golig prouocatione, quem Dauid superauit. Fuit maxime in vsu post Barbarorum in Italiam irruptionem apud Longobardos k, & apud Germanos l, & Francos m & etiam Hispanos n, non ex homicidij tantum causâ (iux. c. vii. § si quis hominem & si quis alium. de pace Constant.) sed & ob aliud quoduis graue crimen, vel magni momenti causam, vt post Bald. communiter DD. censuere. Bald. in d. cap. vii. Alciat. & Oroz. c. ad l. ex huius. D. de iust. & iur. Iulius Ferret. conf. 6 de duello in prin. & conf. 9 nu. 6. conf. 11. num. 3. & 4. & Menchaca libr. 1. illust. 99. cap. 49] Et sanè in iurisiurandi locum propter crebra periuria hoc fuit introductum; coram Ioanne XIII. per Othonem 4. in Romandiola o: sed prius apud Francos iam Carolus Magnus hoc statuerat, quoad causas criminales p, postea ad ciuiles quoque extensum q, vt & apud Moschos r & Danos s, olim in vsu. Ritus duelli possunt colligi tum ex Annal. Boiorum libr. 4. tum ex Tierneis Hist. Bern. Sacri. l. 9. Sed in moribus, & armorum genere præsertim, non idem obseruatum apud singulas nationes plerumque receptum, vt armis militaribus regionis eius terentur, Carolus Magnus voluit vt sultibus: postea receptum, vt res sit optio, & ius armorum præscribendorum. In celebri

tas emissæ biremem Gotholanam accepere; & in Siculorum Gotholanorumque contemptum, extra Drepanum, furcæ noctu rectoré biremis affixerunt. Miser ille diu frustra questus, nihil vnquam se Genuensibus nocuisse: vt vidit plus gentis odium illos, quam æquitatem mouere: præcipuâque mortis suæ causam esse trierarchum Genuensem, iussit vt se ille intra sextum mensem ante Deum iudicem sisteret. nec irrita vocatio fuit. conducto Ligus tempore mortuus fuit e. Armoricis Franciscus Dux præfuitis summa crudelitate fratrem ex Anglia redeuntem de medio sustulit; sed vicissim fratris citatione intra annum de medio sublatus, principatum cum vita amisit f. vix est quisquam cui non sit audita damnatio Templariorum: ex his vnus Neapolitanus eques traditur ad diuinum iudicium appellasse, & Clementem V. ac Philippum Pulcrum Francorum Regem, anni spacio cõcesso, coram tribu nal illud supremum citasse: addit Fulgosus g intra id tempus Clementem repente mortuum, nec multo post Philippum quoque interiisse. Hoc alij ex calculo temporis conantur refellere Sed idem, confirmant Christianus Massæus, & Meierus h, qui Papam & Regem eodem anno 1314. tradunt obiisse, illum 20. April. hunc 29. Nouembris. fuerunt quidem Templarij Anno 1312. in concilio Viennensi, tertia Aprilis condemnati: sed non omnes eodem Anno comprehensi ac occisi: sed quidam sequenti, vt Neapolitanus ille; scilicet anno 1313. cumque 1314. currente mortui sint Iudices illi duo, dicuntur non immerito eodem anno obiisse, quo citati fuere: imo Gaguinus & Æmilius mortuum volunt regem Anno 1313. quem constat Pontifici superuixisse.

Fulgos. lib. 1. c. 6.

Aeneas Sylvius Europeæ hist. c. 43

d. ca. 6.

Meierus l. 2. Annal. & lib. 17. Chron. Malic. c. 6. sentit Oauphr. in PP. Rom. aistor.

E

Alcia de singula. certa c. 2.  
k Legelô gob. ut. qualitate quisque def. d. b. ti. de purgareci. ut. de homicidio libe ri homi. nis.  
l Lamber. Echaffar. sur. sept. m doct. Guido Pa. ra de deli. 92. Hoio man. l. 3. obseruat. c. 15. Chironias de cil. 607. m. 4. par. ti. 7. & pal. tim. Maria na. u. h. ff. Hispan. o. h. aut. qu. & l. vit. lib. 2. leg. l. 6. c. 14. p. i. metio. aut. 34. q. 11. vi. & l. p. leg. Franci. tit. 4. r. O. aus. l. 1. c. 10. s. 3. axol. p.

illo



illo duello Cambronensi inter Iudæum, qui imaginem Deiparæ vulnerat, & paralyticum, Lex Carolina servata.

Anno enim 1326. Guilh. Tertio Comite Hannonia, Verpa quidam se finxerat sincero animo Christianis sacris baptismo initiari. Iulcepit ex fonte Comes, & Guilh. filiolum nominavit, & apparitorem Curia Montēsis esse iussit. Non dñi post, homo impius ingressus adem monasterij Cambronensis, actus furij, blasphemias in Deiparæ imaginem multas effudit, & (horrendum) venabulo quatuor plagas inflixit, unde sāguinis statim rivi manarūt; videre faber ascarius quidam, & Monachus laicus Matthæus Lobbius. faber ascia caput findere Iudæo parabat; sed à monacho prohibitus, rem detulere igitur ad Abbatem Ioannem de Montibus: is ad Comitem. Iudæus pertinaciter tormenta elusit. Sic dimissus quadriennio postea ab Angelo apparente, quidam senex nomine Ioannes Flander Estinnensis, & septennio iam ex paralyti clinicus iubetur Iudæum accufare, & duello prouocare. Bis monitus, Parochi iussu senex rem adhuc differebat. Tertio illi ipsa Virgo quinque illis plagis confauciata se videndam præbuit; & imperat monomachiā. Plenus spe ac fide senex adit Cambro-nem, cernit in imagine vulnera, quæ in vilo, accedit Comitem, accufat recutum, dies pugne dicitur, arma rudes fustes & leuta lignea, supersunt hodie. Iudæus vesco corpore, serox viribus tibiales fascias tintinnabulis cinxerat, & sic senem ridebat. Sed iuuit athletam suum Deus tam impar commissus, æger sanum, debilis fortem, senex iuuenem prostravit: & horrende blasphemantem, conuictum, sed non pœnitentem: comes iussit caudæ equinæ alligatum

A trahi ad patibulum, & capite deorsum, duobus ad latera molossis cum rabide laniantibus, appensum subdito igne fumo interire. [narrat fufe Robert. Hauportius duabus ea de re libris carmine conscriptis.] Hispani semper militaria arma retinere, vt ex cunctis eorum Annalibus patet. Duellorum tum inter Principes pro regno, vt inter Corben & Orsuan Hispanos apud Liuium; & Edmundum Anglum & Canutum Danum Reges apud Polydorum, Hundin-gum & Roheum Daniæ reges apud Crantziū, Petrum Aragonium & Carolum Andegauensem apud Antonium, & pro principibus inter priuatos: vt Charellum & accusatorem reginæ Gondilbergæ b; pueri quoque pro vxore Henrici tertij contra gigantem c; & Burchardi contra Conradum iactantem se cum regis nepte concubuisse, anno 950. apud continuatorem Regionis: item inter priuatos, vt coram Othone I. quando disceptatum, vtrum in successione auorum essent nepotes cum patruis, vt patrem suum representantes, admittendi, & vicere, qui pro nepotibus pugnant d. Mira sæpe in his accidere duo tantum narrabo. Vnum ex fide Dubrauije; Radislaus, Curimensis Princeps Mistibogij filius, per iniuriam inuaserat Bohemiæ fines, coactus à suis tandem optimus rex Venceslaus militem collegit, cum iam dimicatura essent acies. Si aliter, exclamat Venceslaus, nisi pralio res componi nequit, cur non potius sine insontium sanguine: ipsi inter nos singulari certamine decernimus? Nulla sit mora, loxiculam super cilicium vestem induit, parueque cersiculo succinctus Venceslaus in arenā prodit: at Radislaus c. raphraclius hastatusq; cum in genti mai. harsa se infert. Venceslaus signo crucis frontem pingens subito angelos vidit, atque hanc vocem, velut ab homine promptam, au-

Liuius l. 28. & Plutar. in vita Scipionis Polydori Virg. l. 7. hist. Angl. Crantzius l. 1. c. 21. & 22. Daniq. D. Anton. p. 3. tit. 10 c. 4. §. 8. hist. sum. & Riccius l. 3. hist. Neap. Proissar. Chron. l. 1. & Paul. Dia. hist. Longob. l. 4. c. 16. c. Naclerus gene. 35. d. Viti chindus l. 2. Vincen-tius l. 24. speculi c. 70. l. 5. Hist. Bohem.



dit: Ne feri. & repente Radislaus humi pro-  
 cumbens, veniam audacia poposcit, seque po-  
 testati victoris permisit. Alcuus prostra-  
 tum Venceslaus monuit, data venia &  
 dignitate ei restituta, vs contumaciam in  
 obsequium debitum verteret, ne post gra-  
 uis ab irato numine plecteretur. Hic  
 Deus miraculo iustitiam causam decla-  
 ravit; quando miraculo Deus non fa-  
 uet, fieri solet, vt vel maneat dubia res;  
 vel iustam fouens causam succumbat.  
 Prius in pugna duorum Hispanorum  
 Nobilium accidit tempore Alfonso  
 Regis: qui Petri Regis Castellæ pater.  
 Hi fuere Ruy Paez de Viedma, & Pay  
 Rodriguez de Auila, ille hunc proditi-  
 onis accusauit: hic illum sceleris gra-  
 uioris vicissim recriminatione pulsa-  
 uit. cum ventum esset ad duellum, tri-  
 bus continuis diebus ab ortu solis ad  
 occasum pugnarunt, multisque se vul-  
 neribus affecerunt, & dubia profus:  
 nec in vnum alterumque inclinante  
 victoria: vtrumque rex innocentem  
 pronunciauit, & æquali virtute prædi-  
 tos amicos esse voluit, Narrat fulc Pet.  
 Maxia f. Sic etiam dubia mansit Zamo-  
 rentium causa, quos proditionis accu-  
 sabat Did. Ordonius de Lara, innocen-  
 tes contendebant Arizæ Gonfaliij filij:  
 quorum cum duos iam Ordonlus oc-  
 cidisset, tertioque vulnus lethale infli-  
 xisset, faucibus cadens equo habenas ab-  
 errante gladio præcidit, equus Ordo-  
 nium inuitum extulit extra monoma-  
 chia septa, quod victi indicium. Sic  
 ille non victor, equi culpa: non victus,  
 propria virtute. Iudices sibi N. L. pro-  
 nunciarunt. *Marianal. 8. Histor. Hispan.*  
 Multos quorum causa iusta erat in  
 monomachia sæpe succubuisse docent  
 post Innocentij III. rescriptum, cap. 2.  
*de purgatione vulgari & Regis Rotharij*  
*l. i. lege LONGOBARD. titu. de monoma-*  
*chiam, etiam IOANN. BAPTISTA*

Silu. var.  
 lect. p. 2.  
 ap. 10.

A SVSIVS g, & VRREA HISPANVS h.

Hæc vt est, repugnat omni iuri; quæ  
 est communis DD. iententia, citra  
 Paridem à Puteo, vt docent recentio-  
 res scriptores non pauci, nempe Lancel-  
 lotus Conrad, libro 1. templ. iudic. capite 1.  
 §. 3. vers. duellum prohibere, & tractatu.  
 de duello, in præfat. Menchaca libro 1.  
 illustrum questionum c. 12. & cap. 49.  
 Vinius lib. 1. comm. Opinion. lit. D. vers. du-  
 ellum. Petrinus Bellus p. 19. de re militari.  
 titu. 2. à num. 128. Iulius Ferrerius consil. 1.  
 numero 3. & 6. consi. 2. numero 4. cum seqq.  
 cons. 8. numero 4. consi. 20. numero 10. & i-  
 dem sapijss. in tractatu de duello. Alciat. l. 5.  
 respons. cons. de duello. Quod repugnet  
 iuri naturæ, docent optime SVSIVS  
 d. opere. & Antonius Bern. Mirandula-  
 nus libro suo contra Possesumum de expugna-  
 tione singular. certam. & PETRVS  
 MESSIA p. 4. varia. lect. cap. 9. Quod  
 iuri ciuili: probant communiter DD.  
 ex l. i. c. de gladiator. libro. XI. quamuis  
 ea lex hoc non conuincat, sufficit tamen,  
 quod nulla ROMANORVM lege  
 sit hæc monomachia purgatio appro-  
 bata: cumque iuri naturæ repugnet,  
 constat omnem consuetudinem in cõ-  
 trarium inualidam esse, vt recte Cano-  
 nes dicunt. Quod iure diuino & sa-  
 cris litteris prohibitum sit duellu, probant  
 ex omnibus locis, quibus prohibemur  
 Deum tentare, & quibus prohibemur  
 occidere. Apertior est probatio iuris  
 Ecclesiastici seu diuini positui. Nam &  
 olim hoc canones prohibere, & apertissime  
 Concilium Trident cuius hæc sunt verba;  
*Deestabilis duellorum vsus fabricante diabolo, introductus vt  
 cruciat a corporum morte, animarum etiam  
 perniciem lucretur, ex CHRISTIANO orbe penitus  
 exterminatur: Imperator, REGES, DVCEs, PRINCIPEs, MAR-  
 CHIONES, COMITES, & quocumque*

gl. de in-  
 iustitia  
 duelli  
 h. l. de du-  
 ello.  
 E.

cap. a. de  
 clenc.  
 pugn. in  
 duello  
 ciar. de re-  
 sponso de  
 duello. &  
 in citat.  
 & Pet. ma-  
 thæus in  
 Notis ad  
 Bullam.  
 Gregor.  
 XIII. mor-  
 laudan. de  
 Tam. te-  
 uera hoc  
 illa semp-  
 tura pati  
 vigeat  
 p. teter-  
 uor. c.  
 toto titu.  
 ferme de  
 purgatio  
 vulgari.  
 tit.  
 de cler.  
 purgatio  
 in duello  
 c. monoma-  
 chiam  
 2. q. 4.  
 alio



alio nomine Domini temporales, qui locum ad monachiam in terris suis inter CHRISTIANOS concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac iurisdictione & dominio civitatis, castri aut loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur: & si feudalia sint directu DOMINIS statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patrum vocantur, excommunicationis, ac omnium honorum suorum proscriptio, ac perpetua infamia pœnam incurrant, & ut homicida, iuxta sacros canones puniri debeant, & si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam iniure quam facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores, excommunicationis, ac perpetuo maledictionis vinculo tenentur: non obstante, quocunque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.]

Damnat eundem abusum sub excommunicationis pœna, quoad subditos tantum Romanæ sedis, Iulius II. anno 1508. mense Aprili, & rationes addiderat damnationis bene multas & graves, primo quia hoc fiat humani generis inimico instigante. 2. quia hinc hominum mortes repentinae, & animarum perditiones, & nova inter aditantes amicos pugnantium odia & altercationes, & ex vno inconuenienti plura oriuntur, in animarum & corporum periculum, generisque humani iacturam perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum. 3. quia CHRISTVS docuit DEVM non esse tentandum. 4. quia hominem homini insidiari nefas. 5. quia gladiatoria munera, & huiusmodi purgationes vulgares à religionis nostræ pietate damnantur. 6. quia cruenta huiusmodi spectacula à canonibus PONTIFICVM, & imperia-

A libus legibus sunt prohibita. Denique GREG. XIII. laudatissimus PONTIFEX ad omnes CHRISTIANOS voluit pertinere hanc probationem, ut & Concilij Tridentini patres eam extenderant; & quod illi de solemnibus, siue publico duello sancuerant, hoc ipse prudentissime ad priuatas, & non solennes duellationes, propter easdem causas, quæ in ijs quoque cernebantur, porro producendum sibi censuit a anno millesimo quingentesimo octogesimo secundo nona Decemb. his verbis; crescente hominum malitia facinorosi non desunt, qui quod publice prohibitum est, priuatim exsequi non dubitent, dum sic pœnas prædictas eludere se posse arbitrantur. Nos ad hæc euertenda plenius euidentiusq; providendum esse rati considerantesq; duellum priuatum, non minus cruentum, & anima & corpori noxium esse, quàm quod publice perpetratur: auctoritate Apostolica statuimus. (1.) illos, qui ex condicito, statuto tempore & in loco conuento monachiam commiserint, etiam si nulli patrum socijve ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullave prouocatoria littera, aut denunciationis chartula præcesserint, censuris & pœnis omnibus à dicto concilio propositis teneri, perinde ac si publico & consueto abusu singulare certamen iniisset. (2.) volentes etiam locorum dominos, si certamen ex condicito huiusmodi permiserint, aut quantum in se fuerit non prohibuerint, (3.) omnesq; illud fieri mandantes, instigantes, consilium vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, comitatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut (4.) ex composito spectatores vel socios quouis modo se præbentes eisdem censuris & pœnis subiacere, etiam si illi qui ad locum destinatum pugnaturo accesserint, impediti pugnam non commiserint, si per ipsos non stererit quo minus illa committatur. Non obstantibus, &c.] Ex quibus sane apparet, qui hodie priuatis prouocationibus in hanc

a Bulla  
quæ incipit  
ad tollendum  
deter  
stabilem.



excommunicationem, nulli referuatam, incidant. Videor autem mihi ex verbis vtriusque prohibitionis quædam colligere non vtilia obseruatu. Primo illos quoque incidere, qui dicunt, *Veni ad talem locum: egote illic expectabo*: nam isti certum tempus constituunt, illud ipsum præsens; sicut crastinum, qui dicunt cras tali hora, &c. Secundo Principes non prohiberi hanc licentiam concedere infidelibus; tum quia sunt extra curam Ecclesiæ, tum quia Concilium expresse dicit; *inter Christianos* non prohiberi iustum bellum gerentes Principes, quam possunt causam prælio decidere, eam paucis committere per duellum definiendam, hoc enim tunc in belli locum succedit: Nō tamen liceret illis animi causa, vel gloriæ solius ad ostendendum robur militum facere; sicut olim fecerunt Ioab & Abner: nam vox, *ludere*, illic significat prolusionem pugnæ. Instituebatur enim hoc, vt arbitror, quasi diuinatorium quoddam victoriæ præiudiciū, quo Germanos olim vt solitos Cornel. Tacitus testatur c. Quæ ipsa diuinitio est prohibita: Et sicut pro sola gloria humana bellum non licet suscipere, sic nec duellum licet permittere.

4. Quoad consulentes, ex Gregorij verbis intelligitur, eos dumtaxat incidere, qui suadent affirmatiuam, non vero qui duellum dissuadent; & ad hoc consilium conscriberent, vel darent, hi enim non peccant, s. quoad spectatores; non incidere, qui illac transeuntes obiter adspicerent certamen: vel subtiliter ex instituto eos fuissent comitati; vt certamen impedirent: ideo enim additur, *si per ipsos non fuerit*, &c. ipsos scilicet spectatores & socios, &c. vnde 6. inferitur, eos qui comitarentur vel lociarent, incurfuros, etiam si non sit pu-

2. Reg. 7  
v. 15.  
lib. 10 de  
noribus  
German.

gnatum; quando conati sunt efficere, vt pugnetur, vel saltem si poterant, non impediuerunt ipsi, sed maluissent pugnam conferri. Hæc saluo rectius sententium iudicio, de re quotidiana. Quidam asserunt etiam à Sanctissimo Domino nostro Clemente 8. hodierno P. M. bullam quandam de Duello editam quam nondum potui nancisci. Habes in compendio bullarum nuper Venetijs edito.

### SECTIO III.

*De purgatione vulgari per ignem.*



Hæc triplex fuit, per rogum, per prunas, per ferrum, hoc est vomeres seu lateres, seu coticulas vel chirothecas cā-

dentes. Innocentia probabatur, si illafus quis abiret: sin, nocens habebatur, hanc inuenio aliquando sponte susceptam, aliquando iniunctam prouocato. De ferro candente obrinet hodie apud laponios, vt docent epistolæ nostrorum, vna P. Luisij Eroes scripta anno 1595, narrat illustre miraculum, quod accidit Omuræ, in hanc sententiam. Fuerat Christianus quidam degens inter ethnicos accusatus furti: & quia hoc crimen seuerissime castigatur in Laponia, sic vt de eo, quantumuis minimo, conuictus, morte cum nulli venia spe mulctetur, nec tamen possunt hunc Christianum vere conuincere, ecce mox gentiles eum obsident, & dum aliud non possunt, importune compellunt, vt ritu ipsius consueti iuramentum edat, qui erant, vt in folio chartæ subscripseret, quod erat iurandum, deinde folio in palmam manumque deposito, imponeret ferrum candens, vindictam & iram Chamis imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si manus forte ambratur, auiunt experientia probatū

eum



eum noxa esse reum, si vero à lesione cum folio maneat immunis, esse innoxium. Cum igitur hic Christianus in has angustias adductus esset, quippe vel iurandum illi erat, vel repudiat o iuramento, quo se reum faciebat vitia discrimen adendum, innocentia sua confusus dixit: fas sibi non esse, vitiope Christiano, per falsum Deum Chamis iurare, sed tantum per verum. Consentunt gentiles, ut per suum Deum iuret. Ille ergo signo crucis in folio expresso, ferroque candenti imposto, quia id facere cogebatur, magna animi presidentia ferrum manu constrinxit. Res mirabilis, nec manus, nec folium ambucitur. Itaque non solum solutus est poena, quam gentiles illi minabantur, verum etiam culpa, quam falso illi impingebant.

Haec tenus epistola Latine edita Moguntiae anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo. plane verus hæc purgatio & celeberrima fuit. Sed in Francia tantum licita in causis secularibus, ut colligitur ex epistol. Tuonis. 91. & 251. Inuenio ferrum istud ignitum vocatum, *iudicium*: quod nomen arbitror commune fuisse instrumentis omnibus harum vulgarum probationum. Petrus de Loyheyr. d. formulam nobis proponit ex sancti Mauritij Andegauensis archiepis istam: *Nostamen sustinenter muniti denarrationem & discussionem istius causae nostrae sepius in audientia omnium illis adstantium offerebamus & paratos nossemper esse ad omnem iustitiam praeserebamus: cum ecce quidam de hominibus, quos Belajus reclama- bat, Terbaldu Peletarinus nomine, de parte sua surrexit, nobis nescientibus & iustitia nullatenus dictante, & non per consilium nostrum, qui sponte sua se iudicium portaturum manu sua obtulit. Quod Rainaldus Popardus auunculus suus dixerat sibi, & qua vere portatio illa facta fuerat de anteces-*

A soribus suis, inter canonicos Sancti Mauri- cij & antecessores illius Berlaj, sicut in charta nostris continebatur. Et sicut Ter- baldus obtulit, sic paratus fuit, & per ma- num suam in Ecclesia sancti Dionysij apud Duadam, videntibus multis, tam de parte nostra, quam de parte Domini Berlaj (quo- rum nomina subternorata sunt) iudicium portauit. Post iudicium portatum Terbaldu ille, Deo propitiante, illasus & sanus omni- no apparuit. Viderunt autem vel iudicium portari, vel manum tertia die de more re- gardari, fere vniversi homines & mulieres de Doado, & plures de hominibus Domi- ni Berlaj testes iudicij portati, & ho- minis, Deo miserante, saluati & libe- rati.

Vbi cernis solitos causam addere, quae illos moueret, siue id exprime- re, quod probare per iudicij rationem volebant: vides etiam clericos prote- stantes, ut irregularitatem & censu- ras euaderent incurrendas: si homi- nem ipsi ad hoc adhortati, & mutila- tio vel mors subséquuta fuisset. Memi- nere huius variae leges Septentriona- lium, omnes occupata à Barbaris Ita- lia & Galliis late: apud Radeuicum a fit mentio legis militaris, qua seruus non deprehensus in furto, sed accu- satus, iubebatur vel Domini iuramen- to, vel igniti ferri iudicio se expurga- re.

Leges Francicae & Longobardicae iubebant per nouem vomeres igni- tos, homicidij accusatum se expurga- re. b Slauum postquam veram amplexi sunt religionem, in arboribus, fontibus, lapidibus iurare desierunt: recepto vsu, examinandi per Sacerdotes suspecti, ad hito ferro vel vomere candenti. c In Flandriam quoque hanc legem, Philippus Comes tulit. ano millesimo centesimo sexagesimo

alia rerū  
Fid. c. 26

b Lōbard.  
l. i. tit. ii.  
de patric.  
Francica  
lex, l. 4. c.  
56.  
c Helmolt  
Hist. Sla-  
uorum, c.  
84.  
d Meier.  
in Chron.  
Flandr.  
1



quarto. d. Si quis vulnus in nocte acceptum alii imputauerit, si scabimus dignum videt ut ferro candenti se excusabit accusatus: si auferit, manum perdet. Item: si fur vocatus accusatus fuerit ferro candenti se excusabit, si culpabilis permanferit, suspendetur. ] In hoc iudicio non fuit certus vomerum numerus, vt nec formæ ferri certa species vel pondus præscriptum, vt ex varietate Iudiciorum patet. vt plurimum Francica consuetudine vfos puto in ferri consecratione siue imprecatione, quæ fuit talis, Deus iudex iustus, qui auctor es pacis, & iudicis aquratem, te suppliciter rogamus, vt hoc ferrum ordinatum ad iustam examinationem cuiuslibet dubietatis faciendam benedicere & sanctificare digneris, ita vt si innocens ( de prænominata causa, vnde purgatio querenda est ) hoc ignitum in manus acceperit, illa sus appareat: & si culpabilis atque reus, iustissima sit ad hoc virtus tua, in eo cum virtute declarandum, quatenus iustitia non dominetur iniquitas, subdatur falsitas aqurati. Per Dominum nostrum e ] In Antigona, Sophoclis, custodes corporis polynitis, accusati negligentis custodiæ paratos se dicunt innocentiam suam comprobare, & ferri candentis contractatione, & per pyram ambulatione, & iureiurando.

ὁ μὲν πρὸς αἰγρὴν χερσὶν,  
ὁ τῶν δὲ ἑστῶτων, καὶ θεὸς ὀρκωμοτῶν.

In concilio Triburiensi docemur f hanc probationem in Germania non fuisse nobilium, quibus iuratoria duodecim ingenuorum contestatio sufficiebat: sed ignobilium. Verum historia testantur etiam nobiles eam sæpe subituisse, aliquando per laminam, aliquando per chirothecam, aliquando aliter. Anno millesimo ducentesimo decimo quinto. vel circiter g, Con-

A rad. Marpurgius inquisitor Apostolicus, si accusati de hæresi negabant, iudicio ferri candentis experiebatur, & si amburebantur, eos porro committebat rogo. Quod ab illo contra Canones perperam factum: si factum, fuit. Iam enim id Stephanus V. prohibuerat, vt postea dicemus. Caroli tertij Imper. vxor Richarda fuit infimulata adulterij, sed candenti ferro crimen diluit h, sic Kunigundem Henrici II. vxorem se expurgasse constat: in eo tamen dissentiunt historici, quod quidam velint eam calasse pedibus nudis i, alij vomeres sex manibus tulisse k. Quare nisi dicas eam successiue manibus tulisse, & pedibus calasse: Crantzium à seipso dissentire necesse est. Nonnullos alios de iuvene Georg. Pachymeres massam candentem, manibus inuocuis gestasse commemorat. C Emmam quoque Angliæ reginam nudis pedibus super ignitos vomeres ad contestandam pudicitiam ambulasse scribit Polydor. Angl. hist. libro octauo. Plus est, quod scribit Saxo Danus l. in Rugia ad fidem conuersa, matronam quandam, per iniuriam à coniuge adulterij infimulatam: cum purganda infamia gratia admoisset candenti lamina: subter ferrum, quod erat exceptura, perinde atque innoxia manus contactum fugiens. neglecto pondere, sublimes se exsult, penduloque motu gradientis femina incessum comitans, cum ante aram iactandum esset, inter religiosam adstantium admirationem proprio impulsu humi accidit. D

E Exempli vero memorabilis & fidei coniugalis specimen, nobis duo coniuges, Mutinenses Comites, æterna dignum historia, Orhone tertio imperante, exhibuerunt. Mariam erat hic nactus vxorem lubrica fide, con-

g Annas. Boior. l.

f ca. Nob. l. 2. q. 4.

g Trithe. in Chron. cap. 22.

b Ansal. Boior. d. lib. 4.

g Fulgol. l. 3. ca. 1. & Crantzium l. 4. Saxo. ca. 33. k Crantzium l. 4. Metro-pol. ca. 1. tunc d. cap. 33.

ll. 14. hist. Danor.



scientia nulla: hæc, vt noua Phædra, Comitem Mutinensem in amplexus trahere conata, repulsam vertit in furorem, & odio eius quem impotenter amarat inflammata; crimen suum in innocentem regessit. Nec latuit dolus Comitem. hinc amor in Imperatorem, inde vrgebat honor proprius, celsit honor amori: quia Cæsaris honorem vitæ suæ proponebat. Coniugi tamen suæ, mulieri prudentissimæ, & quod rarum, forti, conatus Augustæ, responsum suum: calumnias illius, periculum suum aperuit, decretumque sibi dixit, mille mortes oppetere potius acerbissimas, quam tantum Imperatoris sui, de incontinentia & perfidia Augustæ natum, dedecus in lucem proferat. Proinde illam se, si quid de ipsa bene vnquam meruerit, obtestari: virili constantia sexus & coniugij oblita, sententiam, quæ impendebat, mortis ignominiosæ vt perferret: se necato coniugis animum & memoriam resumeret, & animo imperterrito nomen mariti ab ignominia liberaret. Non diu post Comes culpam Augustæ, suo capite, luit, creduli Proeti iudicio condemnatus. Cõuentu deinde Imperiali apud Roncalias instituto, quod die viduis iudicabatur: Mulier prodit, & coram confessu ex lege Imperatorem ad talionis poenam vocauit, eo quod maritum suum iniuste de medio sustulisset. Otho admirabundus: *At tu quoniam pacto, inquit, viritui, quam tãtis innocentiam, comprobabis, Candenti, inquit illa, lamina, adfertur* Othonis iussu ferrum bene ignitum: adlatum vidua sine noxa cunctis intuentibus apprehendit manu, & tenuit: Externauit miraculum Imperatorem, adeo vt se quidem supplicij dignum profiteretur, sed moram polceret

A aliquam subeundi. *Triples vadimonium differo, ( illa respondit ) regine supplicio solum posco, cuius nefaria calumnia me marito, te fidissimo milite, temp. ciue strenuo spoliavit. Cunctis æquissimum visa petere. Augustus eam collaudat, & pro dilatis sibi vadimonij, quatuor in Hetruria castris donat: Augustam vero, quæ Veneris igne male arserat, carnificis manu in rogum coniectam, iustis flammis absumi iussit* *a. Carolo Caluo Francorum Rege, Ludiuci Germanorum regis terras, nepotibus suis per nefas eripere conanti: Germani primo deprecari vim, & Francis adferri igniti iudicium vocatis, cum illæsi Germani redissent, nec ab ambitioso Rege, quidquam æqui bonive impetrare valerent, sumptis armis illum re infecta, multis amissis vltra Rhenum iterum compulerunt* *b. His fauit, contra, idem iudicium duodecim vomerum, interfectores Christiani Comitis de Oldenborg in Saxania, prodidit, & in rotam misit* *c.*

In Saxoniam quoque oppido Vittenbergo, excitati publici incendij crimen, impactum fuit cuidam: ille & iureiurando, & iudicio se innocentem probauit, cum enim longo itinere ferrum candens manu retulisset, illudque illæsus in terram deiecisset: ecce tibi ferrum ex omnium oculis fugit: sed eo ferme anno exacto, quum quidam alius, qui incendij conscius erat, silicibus viam publicam in oppido pauperet, ferrum in arena abditum prodit; manumque valide amburit. mirantur omnes, & vomerem illum recognoscunt, & reum ad iudicem abripiunt: qui quæstione admota verum exsculpsit, & cruribus fractis noxiæ rotæ impoluit *d.*

*a* Gothiffr  
Viterb. 10  
Chron. c  
Cranzius  
lib. 4. Sz  
cu. 26.]

*b* Paulus  
Æmyl.  
Annal.  
Francor.  
lib. 3.  
*c* Alb. Crã  
zius lib. 7  
Metropo  
cap. 14.  
*d* Crãzius  
l. 8. Vand.  
ca. 30.



Aliud æque mirandum apud Cæsarium, libro decimo. miraculor. capite trigesimo quinto: his verbis descriptum reperitur: Referre solet Dominus Bernardus de Lippia, quandoque Abbas, nouisse se piscatorem in Episcopatu Traiectensi, qui cum quadam femina multo tempore fuerat fornicatus. Et quia eius peccatum nimis erat notorium, tempore quodam in Synodo imminenti accusari timens statim ad Sacerdotem veniens, magis, ut post patuit, timore poena, quam amore iustitia peccatum confessus est, consilium quasuit & inuenit: habes (inquit Sacerdos) firmum propositum, numquam peccandi cum illa, candens ferrum secure poteris portare, ipsumque peccatum negare. Spero autem, quod virtus confessionis liberabit te. Quod ita factum est cunctis stupentibus, quibus factum innouerat.

Læsus tum ab igne non fuit: sed cum postea peccati iterandi in recidivam voluntatem incidisset, & gloriaretur se non magis adustum fuisse à ferro illo candenti, quam ab aqua fluminis in quo tum nauigabat, aquamque manu hauriret; candentis ferri vicem egit aqua algida, & manum adulsit pelle tota detracta. Sequenti etiam capite, idem narrat de quodam pessimo hypocrita, qui peregrinationis pallio scelera contegebat, is ab alio quodam nefario homine nummis conductus hospitis à quo benignus habitus ædes incendio absumperat, bis exceptus, bis pro gratia incendium immisit. Territus Dominus multos detulit, de quibus suspicabatur: qui omnes expertes culpæ candenti ferro illasi se expurgarunt. domo tertium ædificata, ferrum in quendam domus angulum abiectum iacebat. Venit post aliquod tempus pseudouiator ille, tertio humane excipitur, videt ferrum, ro-

A gat, Cui vsui? Audit ab hospite, quid illo actum. Quin, inquit, illo deinceps ad alios vsus, teris ne iaceat otiosum? Simul manu comprehendit: sed illud repente incanduit, & manum valide adulsit, ille cum eiulatu abiecit. Hospes admiratione percussus, merito suspicatur hunc bis exulstarum ædium reum, ergo comprehensum sistit iudici, iudex eculeo, falsus omnia incendiarius in rotam agitur. Tam admiranda sunt Dei iudicia.

B Verum quærat aliquis an numquã hæc purgatio sefellere? Immo memini S. Luonem pro incerta habere. Nam Epist. 74. agens de hac ferri igniti proba, negat conuictum adulteri militem, cuius manus iniusta fuerat. Caeterum (inquit) militis nullum tibi ferrum præbet argumentum, cum per examinationem ferri candentis occulto Dei iudicio multos videamus nocentes liberatos, multos innocentes sæpe damnatos. Præterea cum talis examinatio sit in Deum tentatio, non est mirum, si diuino iudicio deseritur, cum in auctore & sine iudiciali sententia ab aliquo suscipitur.

C Sed habuit Iuo pro incerta, tum deum, quando priuata auctoritate susciperetur, tuoc etiam illicitam credidit, ut docet aperte Epist. 254. quando fit, sine con. lio, ut ait, & non præcedente iudiciali accusatione: licitam vero esse volebat, quando præcedente ordinaria accusatione omnino humana desunt testimonia, nec aliud ad veri indagacionem quis habet quod faciat: & hoc calu se iudicem illa vsurum aperte profitetur Epist. 251. Sed aperte Canonibus Iuo repugnat, illis ipsis quos citat, qui absolute asserunt tali inueltigatione abstinendum, & delicta tantum ex confessione rei & asserione testium punienda: nec de

multis



multis præsumendum iudicium, sed ea Deo iudici relinquenda. Sed obijciens argumentum Iuonis à simili: *Iurare omnino prohibitum lege: tamen à D. Paulo terminandis litibus permitti. Sic quod canonibus prohibitum, eadem ex causa, & exigente incredulitate humana posse fieri.*

Respondeo dissimilem esse causam. Nam iniurandum in iudicio fieri lex nunquam prohibuit, imò vetus discretè præscripsit. Sed omnes superstitiones adiuuentiones, vt per se malas, diuina lex semper prohibuit: tales autem esse has purgationes STEPHANVS Pont. clarissime definiuit, vt seq. q. ostendimus. Illud etiam miror Iuonem Epist. 91. in causis Ecclesiasticis eam non recipere, quasi in laicis causis seu sæcularibus non eadem subit tentationis DEI, vna ex parte periculum; & præter illa veri indagandi necessitas, non æque in Ecclesiasticis occurrat: plane hæc tantum similia & dubitant hæc in re, quam docenti aut definienti fuit. Pergamus ad reliquas narrationes.

Aliud ergo adscribam ex eadem, & qua pleraque reliqua, admirandorum fecunda Cranzij vna, de Rollone Normannorum duce, qui Robertus postea vocatus. Nouerat suos in latrocinia, furtis, rapinatque propendere: idcirco seueras de his leges tulit: quarum metu pollicens sibi securitatem omnium iussit rusticos intrepide rusticanti operis instrumenta in agris relinquere.

Quidam ex agricolis domum reuersus, ab importuna vxore rogatus, cur instrumenta non apportaret, ducis præceptum obiecit. At illa furtim ex agro instrumenta subduxit, & abscondit, vt maritum redderet

cautior em, reuersus vir in agrum, vbi non reperit, qua reliquerat, rem ad loci præfectum defert, ille ad ducem, vocatus à Duce rusticus, pretium accepit amissorum. Iubetur præfectus ignis purgatione adhibita furem explorare. Primus conatus irritus fuit, nam ignis furem non prodidit, licet omnes rustici subissent scrutinium. Tum Dux, versus ad Episcopum, Deus inquit, Christianorum, si est conscius secretorum, cur furem non prodidit? Episcopus necdum bene firmatum in religione non corripuit: sed causam præterdidit, quia ignis nondum furem attigisset. Iubetur diligentius inquirere præfectus etiam apud vicinas villas. Nec sic quisquam repertus est. Vocatus à Duce rusticus, an cui indicaret, rem in agro esse rogatur: ille nemini, præterquam vxori dixisse respondit. Vxor questionibus ad mota furtum fatetur. Tum dux marito clam vocato, Sciebas, inquit, vxorem furacem esse, an non? Ille sciebam, inquit. Cui Dux, cur ergo aut non puniisti, aut non indicasti? ergo iussit ambos suspendio necari. Et hac seueritate legem sanxit. a

Memoriæ etiam occurrit factum Catholici Hispani Arianum Gothum tempore LEOVIGILDI ad probationem ignis prouocantis, cum enim verbis & rationibus nihil proficeret, Est, inquit, argito meo annulus aureus: ego cum in ignem iacio, tu candentem collige. Proiectumque inter prunas annulum ita igni permisi, vt eis similis cerneretur. Conuersusque ad hereticum ait, si vera est profectio tua, sume eum ab igne. Illo autem resistentem, ait, Immensa Trinitas Deus, si quid indignum te credo, ostende: certe si reuera est fides mea, nihil mihi præualebit hac incendia saua. Et ablatum ab igne annulum diuissime palma sustinuit, & nihil est nocitum. Hæc Greg. l. de gloria confesso, 14. verbotenus. Sed hic conteltatio fideiinceræ fuit, non

al. 2. Nox  
ueg. c. 27.



iudiciaria inquisitio. Verum enimvero non immerito hæc expurgatio semper bonorum & Deum timentium conscientias punxit. Legimus enim de Roberto Cantuariensi Episcopo, cum Rege Eduardo persuasisset, vt Emmam matrem adigeret: ob suspensionem stupri cum Aduino Vintoniensi Episcopo commissi, ad hunc se modum expurgaret, & ea igne maneret illæsa; timore correptum in continentem ex Anglia fugisse, ibique animi mœrore breui contabuisset. *b*

*b* Polydo  
Virg. l. 8.  
Hitt. An;

*in vita B  
toã, Elec-  
molyr.  
mense 11.*

Non dissimile fuit iudicium per brunas, quas vel in sinum coniciebant, vel manu ferebant, vel calcabant. De monacho quodam, qui vt meretricem, Porphyriam seruaret, & monasterio alicui commendaret, nihil veritus fuit eam secum abducere, & propterea in omnium irrisionem, & execrationem incidit, quas; cum meretrice consuesceret; narrat Leontius *e*, eum cum a grotasset, & mortem præsentiret propinquantem, coram plurimis iussisse adferri thuribulum plenum candentibus carbonibus, & eos accepisse carbones, & infudisse in sinum, & omnibus audientibus dixisse; *Benedictus Dominus, qui olim rubum seruauit incombustum, is mihi fuerit testis fidelis, quod quomodo meas vestes non attigit hæc, quæ est in igne vrendi vis, ita nec ego attigi mulierem toto tempore vita mea. &c.* Iudicium idem in Gallia subiit B. Briccius D. Martini in Turonensi sede successor. Hunc enim populus reum peragebat stupri cum muliere religiosa professionis commissi, quæ lintamina Episcopi lauare solita, ex aliquo improbo pepererat. Briccius iussit ipsum infantem nondum menstruum in medium adferri: & coram populo interrogauit, num ipse pater eius foret?

**A** respondit infans, eum non esse, sed alium quem non nominauit. Fiebat id virtute diuina, sed plebs dæmonis opere adscribebat, Prunis itaque candentibus bitrum implet Briccius, & tota desert vrbe illæsus: sic se à libidinis carnalis flagitio alienum professus, quemadmodum flammis vestimentum intactum. Nec tamen furentibus persuasit: sed ab Episcopatu fuit deturbatus. *d* **HARRALDVS** etiam **HYBERNVS**, se Magni Regis Norægiæ, qui Hyberniâ bello vexauerat, filium probauit incedens nudis pedibus super ardentem prunas. *e* Nec humano in corpore tantum hæc exploratio obtinuit; sed alijs quoque in rebus. Nam Eulalium monachum fiscella palmea in ignem iniecta, & illæsa permanens, suspicione criminis absoluit. *f* Rosis vero fidei Catholice veritatem, missus ad eos à Basilio Imper. Episcopus persuasit, cum ipsis postulantibus, liber Euangeliorum in caminum ardentem missus, & per multas horas ibi relictus, tandem igne extincto integer, nec villo afflatus ardore fuisset repertus. *g* De **Missa D. Isidori**, siue, vt vocant **MOZARABVM**, memorant non dissimilia **Toletani Annales**. *h* Qua de re **IOAN. MARIANA**; **Communi consensu de Gothica pretium ratione antiquanda actum. Tentatum id quidem aliquoties erat, neque tamen successerat, & post nonnulla. Visum est controuersiam ignis iudicio permittere: sic eius sæculi mores erant rudes & agrestes, neque satis experti ad CHRISTIANAE pietatis regulam. rogo in platea accenso, liber vterque ROMANVS & Gothicus in ignem proiecti. Et Romanus quidem continuo ex igne profuigit, id populus victoriam interpretabatur: nam liber alter sub flammis & igno diu permanens, illæsus inuenitur est. Rege arbi-**

*d* Gr. Te  
ron. l. 1.  
lto. c. 1.  
belli ex  
lto. c. 1.  
Fulgo. &  
Marul.  
& ali.  
*e* Saxo  
Dan. hist.  
17. Clæ-  
zius l. 1.  
Noru. c.  
f. Marul-  
lus l. 1. ex-  
temp. c. 4

*g* Zonara  
o. 3. &  
Cedrenus  
*h* vide Vill  
legam. in  
disputat.  
hac de re  
post Hil-  
pandus  
eius Sab-  
etorum u-  
tas.



tro, nihilominus populo persuasum, utramque precandi rationem superis placere: quando uterque liber ex incendio euassisset moluimus, &c. ] lib. 9. cap. 18. de rebus Hispan.

M

Qui pyram ingressi probandæ innocentiae causa, multos inuenio. Nam & Sophocles, ut dixi, agnoscit morem. Petrus Masiliensis presbyter, suspectus de heresi, Antiochia ipso die Parasceues, Sacrosanctam Christi Domini lanceam manu gestans, nudus corpore, per coaceruatorum late lignorum struendam ardentem, ignes illas euasit. ] Poppo Danus presbyter, in fidei Christianæ probationem, vestem prius cera copiosa illeuit, eamque indutus, in medio populi circo, sic se in flammam intulit, & perlitit sine ullo doloris sensu (quod sancte affirmabat) donec veltis tota corpori circumfusa, intacta flammis cute, in fauillas redigeretur, eo permoti miraculo Dani l, duelli purgatione sublata, ignis purgationem introduxerunt, fortassis etiam eos mouit iteratum aliud eiusdem Popponis factum, nam alio tempore, cum verba Danis persuadendis, ut Christiani serio fierent, non satis haberent efficacitatis, percunctatus est: quid si ad candentis ferri tactum manus eius cernerent intactas, essentne consensuri crediturique cunctis succulentibus, Vide: in chroni heca formam iussit ferrumque caedi, idque ignitum ad ferrum. Rubebat igne ferrum ille tamen intrepidus manum immisit ad cubitum, deportauitque ad locum constitutum, Ibi cum ad pedes Regis Sueuonis prociisset, victa manus dedit concio, sponte subiens lanacrum regenerationis. m] A Theodoro Lectore in historia refertur huiusmodi tempore: Martiani duos Episcopos, vnum Catholicum, alterum Arianum, principio verbis disputante de fidei dogmate controuerso: deind

A

Catholicum, conditionem concertatori proposuisse, ut vanis disceptationibus prætermisiss, rogam ignis secum ingrederetur, & fidei suæ veritatem uterque hoc iudicio, Deo comprobaret teste: denique ARIANVM detrectasse ingredi; Orthodoxum nihil moratum, ingressumque ex iplo rogo multis differuisse, & nec minimum vstulatum egressum fuisse.

B

Vera narratio: sed res non sub Martiano, verum sub Anastasio accidit, ut melius à Cedreno & Nicephoro, lib. 15. c. 23. proditum. Iactabat Sauanarola se hoc iudicium subiturum; cum ad rem ventum, substituit alium pro se: neque hoc detrectabat Minorita accusator; sed hoc tantum, ne ille Sacrosanctam tecum Eucharistiam deferret: quod reuera diffidentiae non obscurum erat signum. a Fulgos. auctor est à Ioanne Gualberto Petrum Archiepiscopum Florentinum, prouocatione ad iudicium piræ accensæ, Simoniae condemnatum. b Sed verius est id à Petro Albanensi Episcopo factum, qui propterea, igneus, sicut vocatus, teste Vrspergeni, in Chronic. prius tamen, quam ille Episcopus adhuc crearetur, rem totam adscribam, ex vita ipsius

C

GUALBERTI, ut creditur à BLASIO Melanelio fide integerrima conscripta is postquam narrauit saepe à D. IOANNIS GUALBERTI monach, PETRVM illum Flor. accusatum simonie, & eius fautores ad ignis iudicium prouocatos, subdit tandem; Præfixus itaque locus & dies, quo istud fieri debebat, ut si qui velint, possint coram intueri. Locus præfixus est in monasterio septimi, quod tunc erat ordinis memorati, nunc vero Cisterciensium est. Dies fuit quarta feria prima hebdomadæ Quadragesimæ.

D

E

a confer  
caq; scrip  
pist Guic  
ciard. l. 3.  
& Volat  
terran. in  
Antrop.  
cum iis  
quæ Phil.  
Comin.  
l. 8. hist. c.  
19. qui tē  
pore illo  
vixit.  
b l. 8. c. 1. e  
odem fe  
re modo  
narratur  
ex S. Ato  
ne Visto  
riensi à  
Cæsare Ba  
roni. to. 14  
Annal. an  
no Chri  
sti 1063.



Modus probationis fuit eiusmodi, vt in loco publico dua lignorum strues iuxta se fierent, qua obtinerent in longum decem pedes, in latum quinque, in sublime quatuor & dimidium, inter virasque vero strues semita inter esset longitudine brachy prius ardentibus constricta, per quam vnus ex monachis transiret. Vbi aduenit statutus dies & hora, inuitatur Episcopus Petrus a suis, vt accedat visurus tanta rei experimentum, ne ciuitas Florentina tam diuturna vexetur altercatione. At ille prorsus renuit. imò si qui charum eum haberent, eos eo accedere vetuit. Sed plebs omnis viriusque sexus, & cleri maxima pars illuc properarunt. Pollicentur fautores Episcopi, si ea probatio suo potuatur effectu, vt quisquam e fratribus per ignem illas transiret, se ipsis suffragaturos, & ab Episcopo defecturos. Itaque sunt Litaniae & aliae preces à monachis, sacrificium solemniter celebratur ab Abbate illius instituti, clericis & monachis adiuuantibus. Vbi ventum est ad agnus Dei, vnus ex monachis feri aquam sacram ad aspergendum, alius thuribulum, thuri incendendi causa, tertius fasciculus ad ligna inflammandam, quartus imaginem crucifixi. Inuocatur à cunctis Dominus noster Iesus Christus, & Sanctissima Virgo Maria Mater eius pleno ore, vt rei veritas declaretur.

Sacrificio peracto deponit casulam, cruenique manu gestat abbas, qui sacrificauerat. Petrus is quoque dicebatur. Litaniae absolutis, vnus ex Abbatibus eligitur, qui clara voce populo exponat petitionis & sponsonum conditionem. Demde Abbas Petrus, cum cruce, quam manu gestabat, S. Ioanne interrim coram adstante, & orante, ingreditur per medios ignium globos. flamma in sublimem ascendente, calcatque ardentis prunas, qua erant in via inter lignorum censas instructas. Sed prius quam ingrederetur ignem cunctis audientibus, ita precatus est: Domine Iesu lux vera omnium in te credentium, pe-

A to misericordiam tuam, oro clementiam tuam, vt, si Petrus Ticinensis, qui dicitur Florentinus Episcopus, pecunia Florentinam sedem occupauit: tu aeterni Patris Filius, tu mea salus, in hoc tremendo iudicio, ad me adiuuandum festines, & me illasum sine vllius adustionis vestigijs conserues: sicut olim tres pueros in fornace Babylonica seruasti.

B His dictis per medios penetrat ignes, neque corpori, neque vestimentis vllio adustionis vestigio inherente. Cumque vellet vertere sese, & eadem via per flammam reuerti, à populo retinetur, quippe iam perspicue rei veritatem edocto.]

C Vide mihi sis Lector, quam admirandus Deus in sanctis suis, & quomodo diuina sapientia varios ac multiplices, quasi ludos edat, vt admirationem ac venerationem in cordibus nostris excitet. Volat ferrum & in aere perleat, sequiturque manus innocentis ventus, fugit alium, & candentia seruata multis post mensibus inuenit reum ac punit. Popponi chiroteca est ferrea ignata, quod foret ex leni corio suauius imbuta pigmentis: circa corpus politas eidem adurit vestes, corpore illaeso, edax vis flammæ; sed in Abbatem Petrum (qui postea Episcopus Albanensis) vt simonia detegatur, ne hoc quidem valet, sed Babylonium renouat spectaculum. Idem contigit S. Bonifacio: qui simili miraculo ad Tyranni petitionem per medias ignis strues, illaesus ambulauit; & sic Tyrannus, cum Russorum magna multitudine, impulsus, vt Chriftiano lauacro ablueretur. lege PETRVM DAMIANI in vita SANCTI ROMVALDI capite vigesimo nono & trigesimo. Confer hunc hæc, cum ijs quæ hæreticis accidere. Tam

procul



procul ab eis hæc Dei virtus, quam remota ab eorum mente vera fides.

Duas historias nrrat Cæsarius Cisterciensis.

*in Cameraco (inquit) ciuitate Episcopali infra hoc quinquennium plures heretici comprehensi sunt, qui omnes timore mortis suam perfidiam negauerunt. Missus est ab Episcopo clericus, qui negantes per candens ferrum examinaret, adustos hereticos esse sententiaret. Examinati sunt omnes, & combusti sunt omnes: qui cum traherentur ad penam, vnus ex eũ vir nobilis sanguine, referuatur à clericis ad vitam, si forte illum quoquo modo reducere posset ad penitentiam, cui sic dixit: Homo nobilis es, misereor tuis, & comparior anima tuar: rogo & moneo, vt adhuc de tanta perfidia respicias, & de errore ad veritatem redeas, ne, per mortem temporalem, mortem incurras æternam. Ad hæc ille respondit: Experimento didici me errasse. Si serua penitentia mihi prodesse posset, non renuerem confiteri. Cui cum ille diceret, penitentiam veram nunquam esse seram, vocauit Sacerdotem, confessus est errorem suum, ex toto corde Deo promittens, si vita concederetur, satisfactionem. Vt autem pius Dominus vim ostenderet confessionis, mox, vt penitens cepit peccata sua confiteri, cepit & ipsa combustura in manu penitentis paulatim minui, qua in tantum, eo aspiciente, decreuit, in quantum confessio profecit. Medietate confessionis per altam mediam pars plage est sanata: vt autem confessionem totam compleuit, & virtus ipsa confessionis, combusturam tam in colore, quam in dolore deiecit, & manus pristinam sanitatem recepit. Vocatus est vir à iudice ad ignem: ad quẽ clericus. Quare eum vocatis? Vt ardeat, inquit, eo quod in examinatione combustus sit. Tunc clericus, ostendens manum eius sanissimam, liberauit eum à penis, ceteris igne consumptis.*

**A** Hæc cum audisset magister Conradus, respondit Abbati. Et ego dicam vobis simile, quod ante paucos annos apud Argentinam recordor accidisse. Decem heretici in eadem ciuitate, scilicet Argentrina, quæ & Strasburg comprehensi sunt, qui cum regarent, per iudicium candentis ferri coacti, sententia incendiũ sunt damnati. Die statuto, cum ducerentur ad ignem, quidam ex comitantibus, vni illorum dicebat: Miser damnatus es, age vel nunc penitentiam, peccata tua confitendo, ne post incendia corporis, quæ momentanea sunt, animam tuam ignis gehennalis æternaliter comburat. Cui cum ille diceret: considero quidem me errasse, sed timeo penitentiam tantam necessitatis, minus acceptam esse Deo: Respondit, ex corde tantum confitere. Deus est misericors & penitentiam suscipiet. Mirares, mox enim, vt homo confessus est perfidiam, manus eius plenam recepit sanitatem. Tardante eo in confessione, cum à iudice vocaretur ad penam, confessor eius iudici respondit. Non iustum est vt homo innocens damnetur iniuste. In cuius manu dum nullum vestigium combustionis reperiretur, dimissus est.

**D** Habebat idem homo vxorem non longe à ciuitate manentem, horum qua dicta sunt, prorsus ignaram, ad quam cum venisset gaudens, dixisset que Benedictus Deus, qui me liberauit hodie, ab interitu corporis & anima, causam ei exponens: respondit illa: Quid fecisti o miserrime? quid egisti? vt quid propter momentaneum dolorem recessisti à fide tua sana & sancta? magis debueras, si fieri posset, centies corpus tuum incendiũ subijcere, quam à tam probata fide semel recedere. Sed, quem non seducat vox serpentina? Immemor ille beneficij sibi diuinitus collati, immemor tam euidentis miraculi, consilio vxoris acquieuit & errorem pristinum resumpsit.



Deus vero non immemor vindicta, pro tanta ingratitude, manum plagavit viri usque. Renouatum est incendium in manu heretici, & quia coniux auctrix existit resti mpti erroris, consors facta est rediuisi doloris. Tam vehemens erat incendium, ut ossa manum penetraret, & cum vi non auderent clamoribus in villa, quos vis extorsit doloris, fugerunt in nemus vicinum, illic ut lupi ululantes. Quid verbis immorer? proditi sunt, in ciuitatem reducti sunt simulque in ignem nondum plene extinctum missi, & in cinerem redacti.

Quid hoc quæso rei? an hæresi flamma, quod umbra corporis adeone hæresi debita flammæ exultio, ut cum fuga erroris vis recedat ardoris, & errorem redeuntem ardor inseparabilis comitetur?

Quid? quod altero quoque stupendo plane euentu Deus comprobauit, & arreptio vsus carnifice in hæretico puniendo? stet in ore duorum testimonium veritas, hi sunt Bernardus Luxemburgius, in *Cata. heret. lit. 2.* & illo ventuosior, Thomas Brabantinus, cuius adscribam verba: Erat circa Cameraicum quidam hereticus astutus valde, qui metuens inquiri & comburi à fratribus Predicatoribus, qui in dicta ciuitate eo tempore plurimos comburebant, finxit se arreptum à demone, & ob hoc ad Sanctum Aicardum in Aspera, obsessos curare potentem ligatus ab amicis ductus est, ut in eo non hæresim propalata, sed furiam putarent. Et ut audiuit quidam clericus obsessus à demone & ligatus quod Eligius Boogris (sic enim vocabatur ligatus) nempe hæreticus ille, ut patet ex Bernardo) poneretur in loco: subsequente nocte idem clericus obsessus diuino nutu solutus est,

A & aggregans mattas & stramina atque Ecclesia scamna super ligatum hereticum (Eligium) cum lauit. Ludum autem & furias credens ille dissimulat, quoadusque clericus ignem de lampade sumens comburere hereticum cepit, & tunc hereticus exclamauit. Ad cuius vocem expurgati custodes, cum ignem extinguere niterentur, clericus arrepto gladio, quem casu iuxta lectum inuenit, omnes violenter abegit, & hereticum in igne combusit. Nec mora diuino exacto iudicio, clericus à demone liberatus & plene sospes apparuit. Sic ille boni vniuersalis libro secundo cap. vlt.

Plane miraculi plena hæc olim purgatio fuit, & ideo non iniuria sublata fuit, quia miracula poscere non necessaria, Deum est tentare. Sed quis vetuit? constat vetuisse FRIDERICVM

C II. lib. 2. Neapolit. const. cap. trigesimo primo. Ex Decreto etiam GRATIANI, videatur GREGORIUS MAGNVS, Caue fallaris, facinus hoc GRATIANI est, vel inscitia scriptorum. Nihil tale GREGORIUS rescripsit. lege totam illam epistolam ad BRVNICHILDAM Reginam Franciæ, quæ superest b, videbis purpureæ chlamydi assutum stramineum limbum: quem nec Iuo CARNOTENSIS agnouit c, nec antiquior GRATIANO, quod sciam. Sed prohibuit STEPHANVS V. ad Moguntinum ARCHIEPISCOPVM scribens. Ferri candentis vel aqua feruentis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censent canones. Et quod Sanctorum Patrum documento sanctum non est, superstitio; a adiuuentione non est præsumendum. Spontanea enim confessione vel testium approbatione, publica delicta, habito præ oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro iudicare.

a c. Nem. nama. 4.

b li. ii. registri. ep. 8.

c pa. 4. docteri post medium.

O. culla



*Oculi vero & incognita, sunt illi relin-  
quenda, qui solus novit corda filiorum ho-  
minum. d*

Quibus verbis subdit Gratianus, non hæc duo tantum purgationis genera quæ hic nominantur, sed & quælibet similia inhibita & videri, eo quod in quibuslibet talibus ratio quam pontifex addit æque procedere intelligatur. Quod aperte dictum, *vers. ult. d. cap. Memem, ubi legimus, Vulgarem denique ac nulla canonica sanctione fulcitam legem, ferventis scilicet aquæ, siue frigide, ignitque ferri cont. actum, aut cuiuslibet popularis inventionis (quia fabricante hæc sunt omnino facta invidia) nec ipsam exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, immo Apostolica auctoritate prohibemus firmissime.]*

Quæ sane vltima verba indicant duorum alterum, vel si Gregorius ista scripsit, quod non puto, ipsius hodie registrum mutilum exstare, & Iuonem quoque in mutilum exemplar incidisse, in quo nempe tam magna pars epistolæ illius desideretur: vel (quod placet amplius) cum hoc fragmentum alterius Pontificis alicuius rescripti portio esset, id Gratianum con fudisse cum Gregorij verbis, vel temporum iniuria ex Gratiani libro titulum, quem huic præfixerat rescripto secundo, totum interiisse, sicque librariorum de duobus vnum fecisse desumpta enim hæc vltima verba sunt ex Epistol. Alex. II. ad Raniandum Cumanum Episcopo. & subiungenda videntur in fine, *cap. super causa, ead. 2. q. 5. prohibatum ergo hoc ab Alex. II. sed & prohibatum quoque iterum Apostolica auctoritate ab Honorio III. qui diserte testatur ferri candentis iudicium, penitus esse interdictum: utpote in quo Deus tentari videtur: & mandat Templarios, qui Li-*

uones hoc iudicium subire compellebant, per centuras Ecclesiasticas cogi eo abstinere. Fufius hæc paululum prosequi visum, quia postmodum sequenti sectione ijs vtendum erit contra Nouicios quosdam, *aqua frigida*, defensores.

## SECTIO IV.

## De purgatione vulgari per aquam.



**I**TERUM adhibita vel calida, vel frigida, de calida seu terrente constat receptam legibus Longobardorum, Saxonum, Rhenariorum, & Frisiorum, & irrepsisse per malam imitationem poculi Zelotypiæ, quod Moyses introduxerat apud Iudæos, sed hæc feruens sua diabolus introducta, illud vero poculum herbarum amarantium à Deo fuit institutum: qui solus occulta cordis novit, & iudicat, & nequit cum indicat ea mentiri, & veritatem sic se indicaturum promisit Moysi: qualis tponso, cum in aquæ iudicio nulla habeatur, prauo more, & præpostera imitatione, per abulum, fuit introducta.

Nam quod Beat. Hieronymus, in *1. Reg. cap. 6.* memorat his verbis, hauseruntque aquam & effuderunt in conspectu Domini. Hebraei tradunt, quod *coram domino in eandem aquam maledicta congesta sunt: & sicut in lege mulier zelotypa huius aqua probatur, ita & idololatra hac aqua probati sunt. Hi videlicet qui se idola coluisse penitus denegabant. Tradit etiam quod quicumque idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhererent, ut nequaquam ea ab invicem idololatra separare possit. Hoc iudicio idolo-*

*sc. dilecti  
alii. de  
vulg. pur*

**P**  
g Lomba  
in. tit. 10  
Speculi  
Sax. lib.  
11. 39. Le  
ges Friso  
rum. tit. 5  
& tit. 14. c.  
nobi. tit. 2.  
quæ. 4  
b. num. 5  
v. 14. cuius  
ritum ex  
Hebr. c. 6  
textu fac  
lius collig  
gas. quæ  
ex Latino  
videndi  
quoque  
Cym. l. 4.  
de adorat  
& Theo.  
in n. q. 10.  
& Ioseph.  
l. 3. antiq.  
c. 19. Phil.  
li. de spe  
cial. legib  
XIII. Sen  
nen. l. 2.  
ver. 2. lo  
typia.



deprehendebatur, & interficiebatur. Quod  
& sequentia demonstrant in eo quod ait:  
Iudicauitque Samuel filios Israël in  
Masphat. Iudicare in hoc loco idololatrias,  
secundum legem morti tradere intelligen-  
dum est. Dicunt etiam quod Moyses hoc  
modo idololatrias, qui sibi vitulum fecerant,  
probauerit, quando arripuit vitulum &  
combussit, & contritum vsque ad puluerem  
sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs  
Israël.

Totum hoc, quia nititur sola Tu-  
dæorum affirmatione: nec D Hiero-  
nym. affirmat: libertatem nobis relin-  
quit credulitatis. possem vno verbo  
dicere, non credo recutitis. Si factum,  
Deo iubente factum à Moysè, de aqua  
frigida proba, qua isti vtuntur, nullæ  
nec reuelationes, nec testimonia aut  
indicia sunt diuinæ iussione, Quare  
iure optimo canones eam sustulere a  
nominatim. Superiore sectione de Ca-  
rolo Caluo breuiter perstrinxi, vt hic  
futius & clarius narrarem verbis Ca-  
roli Sigonij & Aimoini b Ludouico  
Germania Rege Francofurti mortuo,  
Carolus Caius Imperator & Francia  
Rex, prope Aquas, Coloniamque con-  
tendit, vt Lotharingiam, que fratris & filij  
eius Lotharij fuerat, occuparet: Ludouicus  
tres filios reliquerat, Carolum magnum, Ludo-  
uicum, & Carolum cognomine Crassum.  
Ex quibus Ludouicus, qui paterno funeri  
interfuerat, vbi patrum patrum regni fi-  
nes ingressum castra ad Rhenum posuisse  
audiuit, ira incensus, quod paternum re-  
gnum inuadere esset ausus, Franofordiam  
copias mouit, atque ad alteram Rheni ri-  
pam è regione confedit. Ibi iure primum,  
deinde gratia per legatos petita, cum  
neutrum impetrasset: decem homines cum  
aqua calida, totidemque cum frigida, de-  
cemque alios cum ferro candente misit,

A iussos experiri iudicio, vtri regnum illud  
conueniret, quod cum ipso pater suus Ludo-  
uicus sacramento interposito diuisisset. Qui  
re tentata, cum detrimentum nullum ce-  
pissent, nihil tamen aequi obtinuerunt. Ob id  
Ludouicus, &c.

B Sed quomodo, tentarunt? lane inie-  
cta manu in feruentem, & non adulta,  
docet ritualis adhiberi solita oratio  
huiusmodi, Deus Iudex iustus, fortis,  
& patiens, qui es auctor & amator ius-  
titie, qui iudicas aequitatem, iudica Do-  
mine, quod iustum est, quia recta tua iudi-  
cia sunt, qui respicis super terram, & fac  
eam tremere. Tu Domine omnipotens, qui  
per aduentum Filij tui Domini nostri Iesu  
Christi mundum saluasti, & per eius Passio-  
nem genus humanum redemisti: tu hanc a-  
quam per ignem feruentem sanctifica, qui  
tres pueros, id est, Sidrach, Misach, & Ab-  
denago, iussione Regis Babylonis missos  
in caminum ignem seruasti: tu clemen-  
tissime presta, vt si quis innocens in hanc  
aquam feruentem manum mittat, sicut  
tres pueros supradictos de camino ignis e-  
ripuisti, & Susannam de falso crimine li-  
berasti: ita Domine manum illius sal-  
uam, & illam perducas. At si qui culpa-  
bilis, vel incrassante Diabolo cor induratum,  
presumpserit manum mittere: tua in-  
finita pietas hoc declarare dignetur,  
vt in eius corpore, tua virtute manife-  
stetur, & anima illius per penitentiam  
saluetur.

E Non igitur ore bibebant, sed manu  
immittebant. Docet hoc etiam histo-  
ria quam narra Gregorius Turonens.  
de Diacono Catholico cum presbyte-  
ro Ariano disputante, & ad fidei veri-  
tatem comprobendam sic provocan-  
te, Factis res veras apprehenderet, suc-  
cendatur igni ancus, & in feruenti aqua  
annulus alius proyiciatur, qui veto

a d. c. Mē.  
nā in fin.  
& d. c. cō-  
iulisti.  
b Aimoin.  
ib. j. Hi-  
sto. Fran.  
c. 34. & Si-  
gonius li.  
i. Regni  
taliz.

c. Anas-  
tasiol.



um sustulerit ex vnda feruenti, ille insti-  
tioni consequi comprobetur. Conditionem  
hæreticus accipit. Interea Diaconus,  
diffidentia quadam tentatus, vnguentis  
quibusdam brachium manumque  
illinit. hæreticus negat periculum sub-  
ire: cum Catholicus brachium exfere-  
ret, hæreticus vidit vnguentis delibu-  
tum, exclamat aduersarium magicis  
præsidij confidere, non fidei, oritur  
altercatio. His itaque litigantibus super-  
uenit Diaconus alius ab vrbē Rauenna, Hy-  
acinthus nomine, sciscitansque quæ esset hæ-  
c altercatio, ut veritatem cognouit, nec mora-  
tus extractio è vestimenti brachio, in aneum  
dexteram mergit: annulus autem qui inie-  
ctus fuerat, erat valde leuis ac paruulus, nec  
minus ferebatur ab vnda, quam vento ferri  
posset vel palea. Quem diu multumque qua-  
situm infra vnius horæ spacium reperit, ac-  
cendebatur interea vehementer focus ille  
sub dolo, quo validius feruens, non facile  
posset assi: qui annulus à manu querentis  
extractusque tandem. Nihil Diaconus sensit  
in carne sua: sed potius protestatur in imo  
esse frigidum aneum, in summitate vero ca-  
lorem reporis modici continentem. Quod  
cernens hæreticus valde confusus iniecit ma-  
num audax, in aneo, dicens: Præstabit mihi  
hoc fides mea: iniecit a manu: protinus vsque  
ad osium internodia omnis caro liquifac-  
ta defluxit, & sic altercatio finem accepit.]  
Hæc ille. libr. 1. de glor. mar. c. octogesimo  
primo.

Ex ætiores duas formulas, quam sit  
illa Auentini, post primam huius ope-  
ris editionem nactus sum. si duæ, & nõ  
vna potius. Hanc quæ plenior est mihi  
suppeditauit, vtruditione & religio-  
ne clarus, & de litteris bene meritus  
Petrus Pantinus Decanus Bruxellen-  
sis, quam in Hispania ex codice quo-  
dam Bibliothecæ regie, litteris Got-  
thicis ante sexcentos, vt minimum an-  
nos exarato, diligenter exscriperat.

A De altera me monuit vir Generosus  
Marcus Velferus, omnis antiquæ, &  
nouæ historiæ callentissimus; quam  
Iuretus ex Cod. M. S. cum Notis in e-  
pistol. Iuonis vulgavit, quæ in fine ad-  
scribitur cuidam D. Eugenio, his ver-  
bis; Hoc iudicium autem petente Domina  
Ludouico Imper. constituit B. EVGENIVS,  
præcipiens vt omnes EPISCOPI, COMI-  
B TES, ABBATES, omnisque populus Chri-  
stianus, qui infra eius imperium est \* hoc iu-  
dicium defendat innocentes. & examinen-  
tur nocentes, neque periuri perdant suas a-  
nimas malum consentientes. Quæ verba  
non mendosa modo, sed & mutila val-  
de. Suspectum etiam hoc totum, nec e-  
nim credo Ludouicū fanciuisse quid-  
quam tale, cum in capitularibus Caro-  
li Magni parentis eius aquæ frigida  
probatio disertè prohibeatur. Deinde  
C quis iste S. Eugenius? aut quando vixit?  
Nam de Toletano, non est quod suspi-  
cere: licet formula videatur eadem  
cum ea, qua Visigothi sunt vsi: Iureti  
etiam formulæ defunt aliquot primæ  
orationes & alia nonnulla, quæ exsta-  
bant in illa Gotthica, ideo eam hic tibi  
exhibebo, ascriptis in margine varia-  
tionibus ex Iuretina.

INCIPIT EXORCISMVS  
VEL BENEDICTIONES AQVÆ  
calidæ, in qua manus ad  
iudicium Dei mit-  
titur.

E CVM homines vis mittere ad com-  
probationem iudicij aquæ calidæ,  
Primum fac eos intrare cum omni  
humilitate in Ecclesia & prostra-  
tis in oratione dicat Sa-  
cerdos has ora-  
tiones.



Prima oratio.

**A**uxiliare Domine quærentibus misericordiam tuam, & da veniam confitentibus: Parce supplicibus, vt qui nostris meritis flagellamur, tua misericordione saluemur. Per.

Secunda Oratio.

**Q**uæsumus Omnipotens Deus afflicti populi lachrymas respice, & iram tuam indignationis auerte: vt qui reatum nostræ infirmitatis agnoscimus, tua consolatione liberemur. Per.

Tertia Oratio.

**D**eus qui conspicias omni nos virtute destituti, interius exteriusque custodi: vt & ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per.

His orationibus completis surgatur pariter, & coram hominibus illis canret presbyter Missam, & faciat eos ad ipsam Missam offerre. Cum autem ad communionem venerint; antequam communicent, interroget eos Sacerdos cum adiuratione, & dicat:

Adiuro vos homines per Patrem & Filium, & Spiritum S. & per vestram Christianitatem, quam suscepistis, & per Vnigenitum Dei Filium, quem Redemptorem creditis, & per S. Trinitatem, & per S. Euangelium, & per reliquias, quæ in ista sancta Ecclesia sunt reconditæ: vt non presumatur vilo modo ad istam sanctam Communionem accedere, nec sumendo communicare, si hoc vel istud fecistis, aut consensistis, aut aliquam veritatem inde scitis, seu qui hoc egiuistis.

**A** Si autem tacuerint, & nullam inde professionem dixerint, accedat Sacerdos ad altare, & communice more solito: postea vero communicet illos. Cum autem communicant ante altare; dicat, Sacerdos:

**B** Corpus hoc, & sanguis Domini nostri Iesu Christi, sit vobis ad probationem die.

Expleta Missa descendat Sacerdos ad locum destinatum, vbi ipsum examen peragatur. Deferrat secum librum Euangeliorum & Crucem, & canat modicam Litaniam, & cum compleuerit ipsam Litaniam, exorcizet, & benedicat aquam ipsam antequam feruescat, ita dicendo:

**C** Exorcizo te creatura aqua in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Iesu Christi Filij eius, Domini nostri: vt sis aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & contrarietatem eius, & ipsum inimicum, ne valeat a contendere iustitiam Dei vilo modo, nec manifestationem eius, ipso praestante, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Item alium.

**D** Exorcizo te creatura aqua in nomine Dei Patris Omnipotentis, & in nomine Iesu Christi Filij eius, Domini nostri: vt sis aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & omnem phantasmam diaboli: vt si hic homo manum suam in te commiserit, & innocens existeret de huius culpa, vel vnde accusatus est, pietas Dei Omnipotentis liberet eum. Et si, quod ab illo culpabilis est, & presumptuosus in te manum mittere ausus fuerit eiusdem Omnipotentis Dei virtus hoc declarare in eo dignetur: vt

omnis



omnis homo timeat & contremiscat nomen sanctum gloriæ Domini nostri: qui vivit & regnat Deus per omnia sæcula.

ORATIO.

Domine Iesu Christe, qui es Iudex istius, fortis, & patiens, & multum misericors, per quem facta sunt omnia: Deus Deorum & Dominus dominantium, qui propter nos homines & nostram salutem de sinu Patris descendisti, & ex Virgine Maria Carnem assumere dignatus es, & per Passionem tuam mundum in Cruce redemisti, & ad inferos descendisti, & diabolum in tenebris exterioribus conligasti, & omnes istos, qui pro originali peccato ibidem detentiam, magna potentia tua exinde liberasti: Domine quesumus mittere digneris Spiritum tuum sanctum ex summa cæli arce super hanc creaturam aquam, & quam nos igne seruescere, atque calefcere presumpimus, ut rectum iudicium per eam super hunc hominem (nomine illo) h. comprobet ac manifestet. Te Domine suppliciter deprecamur: qui in Cana Galilee signo admirabili tua virtute ex aqua vinum fecisti, & tres pueros Sidrach Misach & Abdenago, de cammo ignis ardentis illos eduxisti, Susannam de falso crimine liberasti, & cæco nato oculos aperuisti, Lazarum quatuordecim annorum a monumento suscitasti, & Petrum k mari mergenti manum porrexisti, ne respicias peccata nostra in hac orationem: sed tuum verum & sanctum iudicium coram omnibus manifestare digneris, ut si iste homo in hac reputationis causa (videlicet illud vel illud) ad presens modo manum suam in hac aqua igne seruentem miserit, & culpabilis ex hac reputationis causa non est, hoc ei prestare digneris, ut nulla læsio, o nulla malitia in eadem manu appareat, per quam sine culpa calumniam incurrat. Iterum te Deus Omnipotens nos indigni:

A & peccatores p famuli tui suppliciter exoramus, ut q secundum verum & rectum iudicium tuum nobis in eodem loco etiam manifestare digneris, quatenus hic homo ex hac r reputationis f causa (IL) si per aliquod maleficium diabolo instigante, aut cupiditate vel superbia incitante culpabilis est in t factio, vel in consensu, & u huius probationis iudicium, subvertere aut violare x voluerit, malo confusus y ingenio, manum in hanc aquam presumptuosus ausus fuerit mittere, tua pietas z hoc declaret: ut in manu eius dignosci queat, quod iniuste egit, a & ipse deinceps per veram confessionem poenitentiam agat, & ad emendationem perueniat: ut iudicium tuum sanctum & verum in omnibus gentibus declaretur: per te Redemptor mundi, qui venturus es iudicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.

Item alius exorcismus.

TE autem creaturam aquam, adiuro te per Deum vivum, per Deum sanctum, qui te in principio separavit ab arida. Adiuro te per Deum vivum, qui te de fonte Paradisi b manavit, & in quatuor fluminibus exire iussit, & totam terram frigare precepit. Adiuro te per eum, qui te in Cana Galilee sua potentia convertit in vinum: qui super te suis sanctis pedibus ambulavit, qui tibi nomen imposuit Siloha. Adiuro te per Deum, qui in te Nahamam Syrum sua lepra mundavit: dicens, Aqua sancta, aqua benedicta, aqua qua lauas sordes & mundas peccata. Adoro te per Deum vivum, ut d munda exhibeas, nec in te aliqua phantasia retineas, sed efficiaris fons exorcizatus ad effugandum, & evacuandum, & comprobandum omne mendacium, & investigandum & comprobandum omnem v. r. tatem: ut isti,

causa culpa modo ad presens manum. o vel macula. al. p famulit. al. q al sanct. ral. reputatus. f est nota criminis valens. il. lud. r al. factu. hoc co. prob. iud. al. x volas al. y putodif. pectandū ingenio. z alta liter hoc decla. rare dignetur. a ut & ipse al. Reliqua hæc rursus desunt in Lucreti m. f. b Pat manare. c Pant, rigarc. d Pat vt te mundam exhibeas nec in te aliquam phantasmam vt supra.



qui in te manum miserit, si veritatem habuerit, nullam lesionem in te accipiat: & si mendacium habet, & iustitiam, appareat manus eius igne combusta, vt cognoscant omnes homines virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est cum Spiritu sancto iudicare viuos & mortuos, & saculum per ignem, Amen.

Post hæc exuat eum vestimentis suis, & induat eum, vel eos vestimentis mundis de Ecclesia, id est, indumento de exorcista, aut de Diacono, & faciat eos vel eum osculari Euangelium & Crucem Christi, & aspergat super eos de aqua ipsa, & ipsi qui intraturi sunt ad Dei examen det illis omnibus bibere de ipsa aqua benedicta, cum autem dederit vnicique dicat.

a Pant. ligna, ego ignes.

Hanc aquam dedi tibi (vel vobis) ad probationem hodie. Deinde imponatur ignis subter caldaria, & dicat Sacerdos has orationes, quando ipsa aqua calefcere coeperit.

In nomine S. Trinitatis, Deus Iudex iustus, fortis & patiens, qui es auctor & creator clemens & misericors, & iudicas aquarum, tu iudica qui iussisti rectum iudicium facere, & respicis super terram, & facis eam reme, Tu Deus Omnipotens, qui per Aduentum vniuersi filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum redemisti, qui per eius passionem genus humanum subuenisti, & saluasti: tu hanc aquam feruentem sanctificasti, qui tres pueros, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago sub Rege Babylonu Nabuchodonosor in camino ignis accensa fornace saluasti, & illos per Angelum tuum eduxisti. Tu clementissime Dominator presta. vt si quis innocens ab huius culpa vel causa sui reputationis, homicidij, adulterij, latrocinij fuerit, & in hanc aquam manum

b for. culpe vel cause reputatione, vel

A miserit, saluam & illam inde educat, qui tres pueros supradictos & Susannam de falso crimine liberasti. Ita Domine Omnipotens, si culpabilis fuerit, & incrassante Diabolo cor obduratum; manum in huius tui elementi feruentis c miserit, tua veritas hoc declaret, vt in corpore manifestetur, & anima per poenitentiam saluetur, & si ex hoc scelere culpabilis fuerit, & per alicuius maleficij, aut per herbas, aut per Diabolicas incantationes hanc peccati sui culpam occultare voluerit, vel tuam iustitiam contaminare, vel violare se facere posse crediderit, magnifica tua dextera hoc malum euacuet, & omnium rei veritatem demonstrat, Per te clementissime Pater, qui viuus & regnas in Trinitate perfecta. Per omnia.

ALIA.

C O Remus. Deus qui beatam Susannam de falso crimine liberasti. Deus, qui beatam Teclam de respectu oculis liberasti, Deus, qui sanctum Damielē de lacu leonum liberasti, & tres pueros de camino ignis ardentis eripuisti, tu libera innocentes & consigna factores. Per Dominum nostrum.

Et qui manum mittit in aquam, ad ipsum examē dicat orationem Dominicam, & lignet se signaculo crucis, & feline deponatur ipsa aqua feruens desuper iuxta ignem, & iudex s perpendicular ipsum lapidem inligatum ad mensuram. N. infra ipsam aquam more solito. Et sic inde extrahat eam in nomine Domini ipse, qui intrat ad examen iudicij. Postea cum magna diligentia sic fiat inuoluta manus sub sigillo iudicis signata vsque in die tertio, quo visa fit viris idoneis & aestimata. En formulam totam & ritualia, in quibus multa, propter quæ merito

Sedes

q valde  
iustitiam  
hic al-  
quos  
reputatio  
scilicet  
pro uer-  
bari uoc-  
reptatio  
ais a r-  
ce r-  
accidit  
icū p-  
uocit  
adhuc  
hodie  
Hispani  
retinent  
c. P. d. ce-  
let de offi-  
uocula  
creatur  
fors erit  
paulo an-  
te de offi-  
alia obdi-  
ratum la-  
buerit.  
d. Pantip-  
tat de offi-  
uoculam  
ingenit  
vt sup-  
e Pant. o-  
mnam  
f. Fore pos-  
pellat  
la pidi  
ligaram  
ad men-  
vt sic ex-  
pella  
ac ceu-  
mentata  
lapidi  
deprim-  
tis se  
traher-  
mand  
Functio  
a que la-  
pis depe-



Sedes Apostolicæ prohibuit. Quod hic in fine de obuoluta in tertium diem manu dicitur, hoc eo retulerim: quia si præstigio aliquo manus læsa vel illæsa, interea, euanescente præstigio rei veritatem apparituram, credebant.

Quoad frigidam puto illam eodem modo in vsu probationis versatam: videlicet Deus, vt in feruenti innocentis manum seruabat ab adustione innoxiam, ignis actione prohibita: sic in frigida aliquando nocentis manum amburebat, contrariam aquæ actionem tribuens, frigiditate naturali in supra naturalem ardorem commutata. Ad hanc me coniecturam ducit scriptor vitæ S. Gangulphi Martyris, per hæc verba: *Interim ad quendam veniunt fontem (Gangulphus videlicet, vxorque) vbi hu vxorem vocibus compellat. Multa quidem de te coniux passim feruntur scdæ & indigna natalibus tuis, & adhuc mihi quidem certo non constat, verene an falso illa dicantur. Tum illa, etiam intrepide iurando, falsos de se rumores sparsos, ait, nec se vnquam aieno concubitu pollutam. At Gangulphus diuina, inquit, prouidentia, quam nihil fugit, vt se res habeat, iam certis declarat indicijs. En fons hic propositus est, nec frigidus valde, nec immodice calidus. In hunc igitur imm. tte, manum, & e fundo lapillum extrahere: & si quidem à culpa es aliena, nihil mali patieris in autem pollutæ es, non sinet Deus latere scelus tuum. Illa Beati viri, sicut alios omnes, ita hos quoque sermones recordia ascribens, incunctanter manum iniecit in fontem. Ecce autem, simulatque lapillum secum retrahere conata est, membris fere omnibus obrigescit, & in digitis & brachio, quousque aqua pertigit, abstracta cute, nuda caro cernitur, nihilque aliud misera illa, nisi repentinum interitum expectat g.]*

A confirmat idem Sigebertus, & significat hunc illum fuisse fontem, quem miraculose ex Campania VVarenas Gangulphus transfulerat, conuictam adulterij vxorem deseruit: nec diu post vxoris hortatu ab adultero fuit necatus. Non igitur hac purgatione spectabatur, an aquis mergerentur: confirmat, quod retulidelegatis Ludouici Regis: quo enim pacto decem viri secum aquam tulissent, in quam toti mergerentur? missos tamen cum frigida, narrat Aimoinus. Sic capio quod leges Alfatice habebant, vt plebeij & minoris testimonij rustici, aquæ frigidæ se iudicio expurgarent h.

B  
C  
D  
E  
Alia tamen quoque fuit aquæ frigidæ proba, qua quis in aquam totus mergebatur: si emergeret tertio, vt innocentem absoluebant, vt docet Abbas in c. licet in fin. extra ne cler. vel monachi, &c. Afflictus ad Constituit. Regni Neapolit. l. 3. tit. 31. vbi eam consuetudinem merito Frider. II. Imp. ridet, quam etiam Lotharius Imp. iam ante prohibuerat in Legibus, Longobard. i. statuens, vt examen aquæ frigidæ per legatos & commissarios imperij vbi que interdicator omnibus, vt vltra nõ fiat, & illo prior Carolus Magnus in capitularib. l. vlt. Prohibuit etiam Põtifex, quisquis ille, apud Gratianum k & inualidam iudicauit Lucius his verbis: *Ex tuarum intelleximus continentia literarum, quod cum H. presbyterum: quia infamabatur de homicidio: à sacerdotali officio suspendisses, predecessori tui literas tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aqua frigida, suam innocentiam purgauisse, & Episcopum suum eum literis absoluisse. Quia vero peregrina iudicia sunt inhiuita purgationem quam præstitit, sufficere*

g apud Su-  
rium 11.  
Maii.

h Rhen.  
German.  
lib. 2.

i. 2. tit. 45

k d. c. mē-  
nā in fin.







rum voluit. Adiuvo etiam te per S. Sanctum, qui super Dominum in te baptizatum descendit. \* Adiuvo te per sanctam & indiuiduam Trinitatem, cuius voluntate aquarum elementum diuisum est, & populos Israel sicis vestigijs transire fecit: ad cuius etiam inuocationem Helias, ferrum quod de manubrio exierat, super te natate fecit, vt nullo modo suscipias hos homines, nomine I. L. illo si in aliquo sunt culpabiles, de hoc quod illi obijciunt, scilicet aut per opera, aut per consensum, aut per vllum ingenium, sed facias eum supernatate super te: & nulla possit contra te facere aliqua causa maleficiorum, nullaque praestigia demonum concinnari, vt inuestigatio Dei vel manifestatio possit occultari. Adiurata autem, Per nomen Dei Christi precipimus tibi, vt nobis per nomen eius obedias, cui omnis creatura seruit: quem Cherubin collaudant, dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: qui etiam regnas & dominaris per infinita seculorum secula, Amen.

liffus diuina virtute contra naturam natans in suo manubrio telure fecit: vt n. m. f. huc hom. si in al. culp. est ex hoc q. obijciunt scil. aut opere aut consensu, seu conscientia, vel quolibet ingenio. Sed per virtutem Domini nostri Iesu Christi reijce ex te & fac illum natate super te quatenus cognoscant fideles Christi, nullum praestigium diuinae virtuti posse resistere, quod non detestum hat & omnibus manifestum. Adiuvo etiam, te per virtutem eiusdem D. N. Iesu Christi, vt ad laudem illius, cui omnis creatura seruit, & cui coelestis exercitus famularum clamaus S. S. S. D. D. & vt nobis adiurantibus & eius misericordiam obsecrantibus obedias, Qui regnat & dominatur per s. s. s.

In Gotthico exemplari immediate sequitur alia oratio: sed re eius exemplar Gallicum titulum interferit.  
Honiū coniuatio.  
Adiuvo \* te homo N. per inuocationem Domini nostri Iesu Christi, per omnes Angelos & Archangulos, & per omnes Sanctos Dei, & per tremendi diuini iudicij, & per viginti quatuor Seniores qui quotidie laudant, & per quatuor Euangelistas Marcum

A & Mattheum, Lucam & Ioannem, & per duodecim Apostolos, & per duodecim Prophetas, & per omnes sanctos Dei Martyres, & per sanctos Confessores & sanctas virgines, per Principatus & Potestates, per Dominationes, & virtutes caelorum, per Cherubin & Seraphim, per omnia coelestia Angelorum agmina, Adiuvo te per tres pueros, Sistrach, Misach, & Abdenago, & per centum quadraginta quatuor millia Martyres, qui pro Christi nomine passi sunt, & per S. Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi, &

B per populum sanctum Dei, & per illum baptismum qui te regenerauit per manus sacerdotis. Adiuvo te \* vt si de hoc furtum aut homicidium aut adulterium aliquem fecisti, aut consentaneum exinde fuisti, & sic habes cor incrassatum & induratum, vt hoc approbationis Dei iudicium, per aliquod malefium euacuari vel euertere te posse facere credideris, sic culpabilis es euanescat cor tuum, & non suscipiat te aqua ista, nequellum malum possit inimicus contra hoc elementum praualere, sed manifestetur vel

C declaretur Dei virtus in isto loco per inuocationem Domini nostri Iesu Christi. Propter hoc obnixte te deprecamur Dominus fac signum in homine isto, vt si culpabilis est reputationis causa, declaretur per hoc iudicium tuum, rei veritas & nulla tenus eum recipiat aqua ista. Hoc autem fac Domine ad laudem & gloriam tuam, per inuocationem nominis tui, vt omnes cognoscant, quia tu es Deus noster bene dictus & laudabilis. Per immortalia secula seculorum. Amen.

D

E sanctum Dei, vel per sanctum baptismum in quo renatus es. Si tu hoc malum fecisti, ex quo culpatus, vel assensum aut baiulasti, aut in domum tuam recepisti, aut inde conficius, aut contentaneus exististi: coram omnibus dicit. Quod si diabolo suadente celare disposueris, & culpabilis exinde es: euanescat cor tuum incrassatum & induratum, & non suscipiat te aqua incredulum & seductum: vt dicat populus, quia Deus noster iudex est, cuius potestas in secula seculorum, Amen. Hac forma verbi breuior & succinctor est, sensu tamen conuentum Gotthica. \* seqq. mutila & mendosa \* inimici Parti-

Arch. & per oēs Principatus & Potestates Dominationes quoq; & virtutes, & pro Dei sedilia. Cherub. & Seraphim per diem tremendum iudicij Dei necno & viginti quatuor seniores, qui quod dicit laudat Deū, & per quatuor Euangelistas, & per sanctos Apostolos quoque Martyres & Confessores, necnon per sanctam Mariam, & per omnes virgines, & per centum quatuor-



(*Id. in al.  
\* al. san-  
ctum Ev.  
& sanctā  
cr. & san-  
ctificatis  
omnibus  
aqua be-  
nedicta,  
cum ti-  
more, &  
reuerētia  
Dei filii  
de eius  
clemētia  
proiciat  
in aquā.  
Et nihil  
amplius  
habet eo-  
laret.*)

Post conurationem autem aqua exuat eos vestimenta suis, [ & induat eos vestimenta de exorcista, & alliget in eis singulariter sinus relictā consuetudini: ] faciatque eos osculari \* Ea angelium & crucem, & post hac aspergat super vnumquemque ex ipsis de ista aqua benedicta, & dicat adurationem sequentem, & proiciat eos statim singulariter in ipsam aquam. Hac autem omnia facere debet reuēnt: & neque illi antea comedant, neque ipsi qui eos mittant.

#### Sequitur exorcismus.

Exorciza te creatura aqua in nomine Dei Patris omnipotentis & in nomine Iesu Christi filii eius Domini nostri, qui regnat cum Patre & Spiritu sancto: ut fias aqua exorcizata ad effugandā & euacuandam omnem potestatem, & omne phantasma diaboli, ut si iste homo descenderit in istam aquam, & innocens est de huius reputationis causa, pietas Dei omnipotentis liberet eum, & recipiat eum tuum elementum. Et si culpabilis est & presumptuosus in istam aquam descenderit, non eum recipiat, sed declarari dignetur virtus tua in eum, ut omnis homo timeat & contremiscat nomen gloriae tuae sanctum. Per cuncta secula seculorum Amen Domine libera innocentes & consigna factores, Amen.

Habes (Lector) ritum vniuersum huius probationis per aquam frigidam, qui olim in vsu, & quem canones Pontificij vetant: non propter verba vel solemnia ritualia, quae pleraque pia, et si non desint aliqui in his nœui: sed propter ipsam rem, & quia haec à vulgo paulatim recepta fuerant Pontificibus tamen Romanis reclamantibus: Nam Pontifices merito damnabant hanc Dei temerariam tentationem, & miraculi quasi Iudaicam postulationem. Et ob-

seruatione dignum est obtinuisse paulatim vbiq̄ Pontificiam prohibitionem, primum quo ad reliqua crimina: deinde post Diui Bernardi tempora etiam quo ad haesim: abufum denique haesim in solo crimine Maleficij seu Magiæ: ita tamen haesim in hoc crimine, ut sine vlla Dei inuocatione, sine villo ritu pietatis aliquid praefereute, quasi per ludum Iudices hac proba abutantur quibusdam dumtaxat in regionibus. Nam hodie in multis Germaniæ locis maxime VVestphaliæ circulo, vtuntur hac proba, in maleficis indagandis: quas enim fama, vel aliarum depositione, suspectas habent: eas statim absque vltiore inquisitione capiunt, captasque extra urbem deducunt: & in aquam frigidam ita conijciunt, vt dextra manus sinistro pedi, sinistra vero dextro pedi sit alligata: & si supernatat, veneficas vehementius suspicantur, & idcirco duriori subiiciunt quaestioni: sin submergantur, innocentes esse credunt. De hoc genere purgationis seu potius probæ, haec tenus inter Catholicos, quibus illibata canonum auctoritas probe constitit, illicitam esse: sed Nouatores, qui à Romana Ecclesia descuerunt, mire digladiati. Licitam esse, mordicus defendit, Arnold. Scribonius Philosophus Marpurgenfis: illicitam contra ostenderunt prolixè, non VVierus solum & Bodinus: sed insuper libellis ex professo, Ioannes Euuichius, Hermannus Neualdus, & Augustin. Lerchemerus, & ex I. C. Oldendorpius, Hotomann. Ioann. Borcholt. Venatorius & alij, quos citat & sequitur Godelman. lib. 3. de Lamijs cap. 4. quos ego, vt eiusdem sectæ homines non magni facio, sed hæreticos hæretico Scribonio obijcio, vt saltem intelli-



Excusus  
liber Co-  
loniæ  
Gymni-  
cum an.  
no 1568.  
Defensio  
probæ a-  
que frigi-  
dæ &c.

gant Nouatores:hanc esse suorum com-  
munem opinionem , à qua in iudicijs  
non tam temere deberent recedere.  
Postea prodijt libellus cuiusdam Iure-  
consulti: qui, ex Catholicis vnus & to-  
lus, hucusque ( quod sciam) scriptis  
hunc iudicium abusum defendere cona-  
retur. Res magni est momenti: & pro-  
inde diligenter, non obiter tractanda  
& disquirenda veritas, non verborum  
copia, sed rationum momenti. sit  
ergo.

### QVÆSTIO V.

*De proba (vt vocant) aque frigida,  
qua strigib. explorandis in Germania  
quidam vtuntur.*

### SECTIO I.

*Discutitur opinio & rationes  
Adolphi Scribonij.*



**A** I. H. Adolphus Scribonius,  
huius sententiæ, & praxis iu-  
dicariæ acerrimus defensor,  
conatur eam stabilire ratio-  
nib. partim physicis, partim hyperphy-  
sicis, ad physicam enim pertinet, quod  
dicit de dæmonis leuitate, sagarum pō-  
dus super aquas sustinente: ad Theolo-  
giam vero, quod de odio & antipathia  
aquæ ac lagarum. Sed vt hoc commodi-  
intelligatur, accipite dicta illius, vt sunt  
à Richio a representata: cui & alij ea  
referentes, hac in re, consentiunt: b non  
ea contraho etsi possim facile, ne quis  
me calumniari suspicetur. Dicit ergo  
ille, hanc supernatationem Sagarū pro-  
uenire ex Satânica leuitate, vt causa ef-  
ficiente. Satanam enim esse natura le-  
uissimum, vt pote plus de aère, quam  
de aqua participantem, & ideo posse  
illas sustentare super aquis: duobus

**A** modis, vel se supponendo sagis, & eas  
quali dorso eleuando: vel etiam se ijs  
vniendo, & toti illarum corpori, oc-  
cupatione & possessione quadam, in-  
fundendo: non quidem hypostatica  
vnione, aut mixtione physica intrinse-  
cè coadunando; sed leuitate sibi connata  
illis quodammodo, per præsentiam  
suam, data & quasi communicata. *caco-*  
*dæmon ergo (inquit) substantialiter in sagis*  
*diffusus, eas retinet, quantum scilicet ad in-*  
*psum spiritum, qui sine sua essentia eas inha-*  
*bitat, non quantum ad substantiam partium*  
*corporis sagarum. Leuitas ergo ea non est,*  
*quæ à forma corporis immediatè prouenit:*  
*sed aduentitia, externa, & aliunde acce-*  
*pta.*

**B** Hæc ille, vt obscure, sic sane men-  
dosè. Obscurissimè: quia vel hoc tantū  
vult: sagas à dæmone sustentari, præ-  
rogatiua leuitatis. quæ ex aerea natura  
in eo vim habet aquis emergendi: idq;  
subingresso corpus dæmone, vt solet  
subingredi energumenas: tuncque illas  
emergere more vtrium inflatorū: vel,  
si hoc non vult, certe fallitatem sen-  
tentiæ nō intellectæ his inuolucris ver-  
borum perperam coaggregatorum con-  
textit & obruit. Mendosè vero, quia v-  
**D** terque modus ille supponit dæmonem  
aereum habere corpus: quod alibi re-  
futatum. igneum potius haberet, &  
sic ab aqua extingueretur, vel aquam,  
excalesceret, & ebullire cogeret: quæ  
ambo experientiæ, & rectæ rationi re-  
pugnant:

**E** Illa etiam secum pugnant: caco-dæ-  
monem substantialiter in sagis diffun-  
di: & spiritum sine sua essentia eas in-  
habitare. Quis etiam credat sagas om-  
nes esse à dæmone possessas, vt sunt  
arreptitij seu energumeni: & vt fuere  
Gergezenorum fues? hoc ipsæ sagæ  
negant, & experientia refellit. Si ob-  
fidet, quomodo apparet foris illas ac-



cedens? an duobus tum est in locis? an vero exit & redit, cum lubet? possit credo: sed sic facere non credo. Deinde si hoc facit eius leuitas: cur cæteri energumeni non æque leues, cur subdunt in aquis? cur merfi porcorum illi greges; quia noluit eos sustinere? iam ergo non leuitas illa naturæ dæmonis, sed voluntas hoc operatur. Hoc verum est, & eo redit res, cum addit Scribonius: Satanam, vt Dei lictorem eas sustinere: & quia lictori non licet præscriptum iudicis excedere, ideo fieri, vt nec fontes mergere, nec in fontes sustentare dæmon queat: ne in fontes periclitentur, euadant fontes impunitæ. Sed hoc iam ad hyperphysicam refugium est, de quo statim. Contra illam leuitatem fortiter etiam vrget, quod grauitas & leuitas proprietates sunt rerum corporatarum: quare non magis conueniunt dæmoni, quàm animæ rationali. Sed audio, nescio quam spiritualem leuitatem. Si quia dæmon spirituali leuitate præditus est, hoc potest: certe & anima poterit, quæ ipsa quoque spiritualis tota, & proinde leuis tota; & tota in toto corpore, & in singulis corporis partibus substantialiterque diffusa, non inhabitat modo, sed informat etiam. Hoc vero non posse animam norunt, qui natate non norunt, & aquas aliquando ingressi. Si animæ leuitas hoc non potest: ratio clamat, nec dæmonem corpus ingressum posse, ratione suæ leuitatis. si sustinet, sustinere: quia corporea illa mole potentior eam loco potest mouere, vt doctum libro secundo.

Confugit tandem Scribon. ad Dei voluntatem & prædestinationem: *Quid, si, inquit, dicerem Deum ipsum sagarum, quas scilicet vere reas norit, cor-*

A pora singulari quadam & specifica leuitate induere, quam superficie aquarum ferantur? inde certe non sequeretur, Deum ab operibus creationis non cessasse. Ita enim prædisponere potuit, vt si qua saga futura sint, speciali quodam modo in aquis nequam submergi debeant. Vtrum vero hoc omnipotentia diuina contrarium esse dicetur? Vtrum etiam voluntati, quia non expresse significatum est in sacri literis? minime.

B Nos vero illud fatemur Deum posse cum lubet dubitamus an vnquam libuerit, indicia nulla inuenimus, cur credamus voluisse? multa habemus argumenta, quæ noluisse, & nolle doceant. ideo petimus probari, quam affirmant, Dei voluntatem: & experientiã, quam adducunt testem, vt fallacem non semel, mox refutabimus. Quæ vero de noua creatione addit, non extra chorum modo sunt saltantis, sed etiam delirantis, quid enim ad rem illa?

C Addit, Aquam ipsam sagas in se ferre non posse. cur putas? quia (inquit) Deus Opt. Max. suo prudentissimo iustissimoque iudicio ab omnibus inde seculis elementum aqua prædestinauit salutaris hominis lauacro, vt qui à peccatis abluendi essent, & Christi Ecclesia imitandi, huius baptismate vrerentur, & per hoc medium noui homines facti, quia per riuum in Christi regnum ingrederemur, qui prius reiecti fueramus. Quandoquidem, inquam Vatiniano quodam odio eas accusat, & reijcit: vt si maxime pro viribus tentent, non tamen submergi possint.

D E Ecce iam (Lictor) non à dæmone petitam causam efficientem, sed ab aqua natura. Quia insitum illi odium in maleficas, insitum autem ab auctore naturæ: qui cum aquas creabat, iam mente cunctorum prælcia statuerat aquas fore salutis nostræ instrumentum.

itaque



itaque in seuit odium aquis, illarum, quæ salutis & luxæ aliorum osiores, & vexatrices. Sic enim mox explicat. Et quodnam (ait) est illud odium? aqua Deo placuerunt, quibus usurpatis peccata hominum abluerent, atque purgaret: in baptisinate Christo Dei filio nomina nostra primum damus, & eius albo incorporamur, adeoque in ciuitatem Dei vt germani ciues recedimur: adeoque omnes, qui salui modo fieri volunt, sacra huic aqua baptisinali immergi ac purgari oportet: at saga spreto isto diuino lauacro: toti Trinitati, Deo Patri, Filio & Spiritui sancto, scientes volentes renunciant, & nihili Dei & creatoris opera, nihili ordinationes, & creaturas facientes, peccatores, & apostata omnium aliorum sunt pessime. Cum autem hoc scelere in toto mundo nullum scelestius vnquam defuiri aut reperiri possit, quid dubitem dicere? si saga non submergantur aquis, id fieri ob peculiarem istam antipathiam, videlicet quod elementum aqua nolit illas intra alueum suum recipere, sed omnino respuat, & omnibus modis fugiat: hunc scilicet in finem, vt peccatrices eius modi manifestentur. Nam & creatura inanimata seruiunt predicationi, & gloria nominis diuini: vt scilicet cæli, ita quoque elementa enarrant gloriam Dei, tum alias, tum in hoc: si peccatum & iniustitia ab illis reuelata puniatur. Aqua in baptisinate est sacramentum, est signum, est sigillum inini inter Deum & hominem baptizatum notii fæderis. Quid ni igitur eodem modo, signum aut indicium esse possit, dissoluti illius, & fracti iterum fæderis? Et hanc rationem siue causam facillime dixerim esse verissimam: vt si alia nulla admittenda esse videantur, vna tamen hac recipienda sit.

Haec tenus ille: in cuius verbis quædam sunt verissima, sed non aptè allata

A ad id probandum de quo ambigebatur. in quibus facile agnoscas spiritum illum, qui scripturæ testimonijs gaudet abuti, & semper summa vi adnifus, vt mendacio veritas ancilletur. Spirituales illas aquæ prærogatiuas, regenerationis ratione illi competentes agnoscimus, Catholici. Sed quid si dicerem cum Principibus nouatorum, quorum summam puto Marpurgi esse auctoritatem: prærogatiuam hanc aquæ singularem non esse: nonne corrueret huius antipathia fundamentum? At ecce Lutherus cum ab eo quæsitum fuisset: num, deficiente aqua liceat baptizare in lacte, aut cereuisia? principio quidem inopinata forte percussus interrogatione, hæsitans, dixit: id diuino iudicio committendum: recollecto post spiritu, & illo suo afflatu entheo, subiunxit: quicquid balnei nomine nuncupari posset, id censendum minime inceptam baptisimi materiam. Neque Martin. alter, Kemnitius ille, Leiferi oraculum, satis certò credidit, num elementum hoc aquæ necessariam baptisimo materiam præberet: hoc enim si Christo Domino affirmanti, b & Apostolis magistrum sequentibus, c credidisset: nunquam quæstiones illas: an hic vel ille liquor, sit naturalis & vera aqua, otiosas vocasset: d cum ijs, de necessitate aquæ ad baptismum siue de necessaria sacramenti huius materia, inquiratur. Nec etiam CALVINVS id credidit: qui apertissimam CHRISTI DOMINI locutionem Ioannes 3. allegorico sensu accepit: & per aquam, intelligi voluit, non elementum illud aquæ: sed ipsum SPIRITVM SANCTVM, qui dicatur aqua, eo quod animos nostros abluat: quia sine baptisimo saluari hominem posse putauit: atque ita præiuit, clarumque

In colloqui cõu-  
uia, c. 17.

bloa. 3. v. 5  
c Act. 8. v.  
36. & Act.  
10. v. 47.  
Ephes. 5.  
v. 26.  
d Examē  
Conc.  
Trid. c. 2.  
sess. 7.

signum



e vide in  
fra sect. 3

signum Anabaptistis suffulit ad gehennam. Sed nos hæc omnia Lutheri, Kemnitij, Caluini, deliria detestamur. viderit Scriboniustamen, quid illis sit responsurus, si hæc sua dogmata torqueant, in imaginariam antipathiam chimeram Habemus Catholici, Deo laus, habemus arietes fortiores. e Miramur interea, & Caluini strophas atque tropos: & Lutheri vecordiam iuxta ridemus, ut enim de hoc nunc loquar cum & lacte, & iusculo carniū siue herbarum, & vino, & similibus liquidis ablui possimus, negari non posset illa balneii utrum præbere posse, & quo quidque ad abstergendum aptius: hoc etiam efficaciorē baptismo materiam præbiturum. an ergo id, quod Hebræi vocant, *aquam pedum*? pax auribus, & naribus sit, sordet, foetet que Luthero soli, eiusque delirium hoc proteruententi, tale lauerium, tale balneum contingat: sed ea lege, ut, pro honesta strigilecula, illi scopæ taxæ, quibus strigimenta deradantur, & amurca nitro cōdita. pro ceromate, adhibeantur: sicque stringatur toto enixè corpore, pumicetur, leuigetur. nihil illo mundius, nihil bellius, nihil augiæ stabulis dignius inuenietur.

Quid ais Scriboni Vatiniānum aquæ in sagas odium est; an ergo aqua prædicatione? ideo enim irasci belluas & odisse negant Philosophi, quia ratione carent. Metaphoricum, inquires, odium intelligo: & quale in plantis cernimus, sed etiam talis in plantis amor, qui tamen in aqua, & alijs elementis nullus cernitur, nisi quædam ad locum suum, quoniam is ad eorum conseruationem putatur facere, propensio. Si sagas odit aqua, cæteros amet. vnde hoc probabis? fateris video naturalem hunc amorem non esse vllum nec odium sa-

A nē: sed vis supernaturalem hunc affectum esse. quæro, an eius sibi conscium elementum aquæ, an ignarum? non dices conscium. Quid enim absurdius? quia nec sensu quidem præditum, quanto minus cognitione? & hoc necessarium foret, ut sagas à cæteris discerneret, sed non discernis etiam, cum & hæreticos alios & hypocritas sic, Diui BERNARDI tempore, expuerit. Eius verba postea recitabo *ex serm. 66. in Cat. IGNARVM* est ergo, & sic mouetur à DEO. Nouone motu quoties sagas aquis iniicitur? non hoc satis explicat: & videtur velle semper hoc operari decretum DEI, ab eotempore, quo DEVS aquæ elementum creauit: & ex hoc DEI decreto semel sancito, vim hanc aquas accepisse, sicut herbæ nimirum vim illam sibi similis per semen producendi, lege illa primitiua, qua iussu Genesim primo. *Germinet herbam terram virentem & facientem semen, &c.* Nihil dubito, si hanc legem DEVS ab initio posuisset aquis, hanc illis in perpetuum vim competituram. Sed ut hoc credas à DEO factum, necesse sit alias adferri probationes, vel ex scripturis, vel ecclesiastica traditione. in re tantimomenti solis niti coniecturis; hoc vero nec sobriæ, nec sanæ mentis est, vel sapientię. Omnes nos saluari lauacro ablui necesse est, ut salui simus: quid tum? nemo hoc CATHOLICORVM negat: negant nonnulli Nouatores. Huic sacro baptismati, totique sacratissimæ Trinitati sagæ renunciant: hoc quoque fatemur, & ideo cunctis supplicijs dignissimas, & scelus earum atrocissimum profitemur. quid inde consequitur? Odere idcirco illas aquæ & exspuunt o-nus molestam, credo, ut aquæ viæ cadauera: sed fors hoc propter aquæ & aeris copiam, quæ in ca-

dauera



dauera se insinuauit. Viua corpora mergerentur: non supernarent. Verum audio hoc fieri, quia sagas aqua prodere mauult, quam celare crimen: & sic quasi præconem agit. scio creaturas omnes laudare Deum, & gloriã Dei enarrare: sed hoc non faciunt, eo modo, quo Iosue iussit Achanum dare Deo gloriam. non quo Pharisei id à cæco nato exlegebant: sed sua pulchritudine, ornatu, vtilitate, & efficacia, quam ipsis Deus tribuit, opificis & creatoris sui bonitatem, sapientiam, diuitias & potentiam hominibus annunciant. Illa vero confessio & indicatio, & vt ita dicam præconium, siue mauius accusatio: quam confingit Scribonius: sacris litteris, concilijs, Patribus, & Ecclesiasticis monumentis noua est, & inaudita: quare nec vero similis, nec credibilis, ne tuta. scilicet alia nobis media Deus non reliquit, ad explorandam veritatem. Signum est initi cum Deo fæderis: hoc scimus & credimus dicenti. Deo signum vt credamus eandem esse fæderis violati, postulas? da simile testimonium, & credemus. Das nullum? non credimus istud, qui illud confitemur. Deinde non aquæ quatenus est aqua, vt instrumento, neque vt sigillo, salutem tribuimus nostram: sed quatenus ad aquam accessit forma baptismalis. salubriter illa abluit, quando verbum accessit ad elementum: tunc enim factum est Sacramentum, quod nudum prius erat elementum. Tolle verbum: nec sacramentum, nec sigillum agnosco, tunc dicam aquæ laudem Dei & gloriam nobis annunciar per terram, per aërem, per ignem: & quæram cur non hæc aquæ sagas prodant? cur illis aër spiritum non reddidit difficiliorem, & lenta prodit præfocatione? cur non subsidit terra, &

A medias haurit, vt sic prodantur? cur nõ aër illas solo allidit, & vicissim resultu, vt pilas, terra in aërem repercutit? cur ignis illis communem se cum ceteris præbet creaturis? Equidem si odio sunt vlli elemento, igni erunt odio: nam ignem illæ præ ceteris elementis odere: & mutua solet esse antipathia ratio. Sunt & alia plura, de quibus sequenti Sectione.

B  
S E C T I O II.

*Excussa sententia & rationes I. C. cuiusdam Catholici.*

C  
I C. quem dicebam, & cuius patco +nomini, primum dictum Scribonij de Diabolo sagas sustentante rejicit, censet enim nullum hic esse factum, nullum ministerium, neque operam vllam dæmonis, sed Dei omnipotentis solius, per suos ministeriales angelos bonos, id exsequentis. Qua in re, quam minus securam sit ingressus via mox ostendetur: illud autem ab eo consultè fuit additum his verbis: licet sepe holitor sit opportuna locutus, tamen multum intererit Dauusne loquatur ad hæros: ideo ne scientia vel sensuum alitudine potius, quam exercitij Christianaæque charitatis pondere hæc scripsisse videar: totum dependere me à sancta matris Ecclesie auctoritate profiteor, nihilque quod eidem in vllò aduersetur, determinate, multo minus obstinate, defendere velle. ] Salutarem profecto clausulam exosculor, & hanc illi mentem gratulor, speroque futurum, vt, cum Ecclesie sententiam Canonibus priscis luculenter expressam viderit, cum rationum suarum & imbecillitatem, & communis sententia vim, atque momenta diligentius

C  
a c. vlt. n.  
238.

b supra n.  
239.

Mmmm

perpen-



perpendit, liberaritque: sese illi sit adiuncturus, prudentis sane est, communem potius Theologorum & Iurifconsultorum Catholicorum sequi orbitam: quam recentium & Nouatorum ratiunculas, prima specie fucum aliquem acuminis praeferentes, amplecti. Maiorque apud sinceri iudicij homines auctoritas, est tradita à summis Pontificibus praxis & doctissimorum totius Europæ virorum scriptis consignata: quam aliquot latrunculatorum, vs vulgi opinionem sequentium, periculosa experientia, & vsurpationis. Ego nihil in hac tractatione scientiæ exquisitoris vel sensuum altitudinis profiteor: sed tamen studium veritatis, & diligentiam, & lucem nonnullam, pro ingenij mei tarditate, & imperitia scribendi, spondeo. Spero concertatorem, vt vult alios ipsum ab omnibus ferme dissentientem benigne ferre: non ægre laturum, si soli ipsi non consentiam, vt cum tot viris clarissimis & doctissimis conspirem & sentiam.

In primis quod supponit plerosque iudices hac hodie vti proba: id scio verum non esse: nisi fortassis de sola loquatur Germania. Nam in Italia, Hispaniaque (vbi illibata Canonum auctoritas) penitus nulli ea nunc vtuntur. In Francia & Belgio, vel nulli omnino: vel adeo pauci, vt eorum ratio habenda non sit: ijque non nisi indoctiores, & rurales iudices. In ipsa Germania, doctiores quique hunc vsum improbare cœperunt: & illi ipsi, qui nondum deseruerunt, cum serupulo & anxietate, metuque erroris id faciunt: vt patet ex epistola VVestphalorum ad Godelmannum missa, & eius operibus inserta. Plerique etiam, vt I. C. illi Germani quos citavi *quæst. 4. sect. vlt.* testantur, iam paulatim in de-

A suetudinem multis in locis eam abire. Hoc ergo sensu vera est inscriptio operis illius: *hac proba plerisque hodie iudices vti.* Hoc promisso.

B Sententia scriptoris illius (vt eam non minus fide, quam compendiose totam ante oculos proponam) in summa hæc est: *Quando indicia sufficientia ad comprehensionem adsum, tunc comprehendere debere: (quod certum est) quando vero contra incarcerationum vehementiores præsumptiones (etiam species facti) accederent, tales vs communiter ad torturam sufficientes esse possent: tunc non esse confestim quaestioni subiciendos, sed ad firmum robur præcedentium indiciorum, probam hanc aqua primus adhibendam: non ad reum per hanc conuincendum: sed præparandam & muniendam torturam vim, & momentum faciendum tanto confidentius a.]*

C Considera (lector) iuxta hanc sententiam duo, primum concedere auctorem, ad pœnam siue supplicium inferendum non esse adhibendam hanc probam: sed tantum ad torturam. Deinde quoad torturam: ea non vtendum iudicibus ad supplementum quando defunt sufficientia ordinario iure indicia: sed tantum ad confortationem præcedentium indiciorum, alioqui satis validorum ad torturam: idque duntaxat, vt iudex sic confidentius possit ad torturam procedere. Ex quibus patet primo, quam exigua sit & quam non necessaria ad iudiciariam inquisitionem hæc proba. solum enim prodesset ad torturam, idque non nisi quando iam ad torturam sunt indicia sufficientia. si sunt sufficientia: iam non necessitatis res est, sed abundantioris tantum cautela, & quasi curiositatis. Rursus, si certum à Deo missum signum est: cur non vt ad torturam, sic etiam ad condemna-

tionem

a sic ille  
n. 24.

D



tionem quoque adhibeatur, eodem modo? verbi gratia, ut confidentius iudex condemner. Immo maior videretur esse necessitas huius probæ: quando testimonijs conuicta sufficienter saga, torturam tolerantia eludit: quam in casu, quo probam aduersarius requirit: adeo, ut nisi omni tempore prohibita hæc foret, tunc potius ea utendum videretur.

Illud etiam non capio, quod subdit, *plerasque de leuioribus indicijs comprehensas ubi generali inquisitione facta, nulla qua adminicularentur indicia superuenirent, aut ante aut post aqua probam: purgatione canonica indicta, ac iuratione solemni premissa, per ipsos dimissas esse & restitutas (sic aiunt numer. 28.) bene quod dimiserint: non bene, quod probam tunc instituerint.* Nam si tantum erant indicia ad capturam sufficientia: ius illis non erat, (ex ipso forummet sententia) cogendi ad hanc probam: tunc enim dumtaxat asserunt probam huic esse locum, quando ad priores illas pro captura, vehementiores aliæ præsumptiones accederent & insurgerent, quæ communiter ad torturam iufficerent (ut dictum ab ipsis numero vigesimo quarto.

Deinde si hæc legitima probæ species est: ad canonicam purgationem veniendum minime fuit. cedo enim, vel mergebantur, vel non, si mergebantur: cur ut innocias non soluis? cur adigis ad vltiora? nonne sat expurgata, quæ Deo iudice expurgata? certe conditio hæc vulgarium huiusmodi purgationum semper fuit: ut quibus euentus fauisset, ei se iudex factorem exhiberet: absolueretque, quam vel aqua vel ignis absoluisset. Si supernatabat: quid adhuc testimonijs egebatis? certe non nisi, quia probæ vestræ in omnem partem incertitudinem noueratis. non er-

A go hæc Dei miraculum est: si incerta, si dubia. Vos ipsi præiudicio vestro causam præuaricamini.

Sed addunt b experimenta innocentium quorundam, qui, cum vellent probare sponte sua, mergebantur, sicque falsi sunt cognatos affinesque suos, quos videbant immerfabiles, vere culpæ reos esse: immo & ipsi se accusatores ac vindices præbuerunt. Vnumque narrant exemplum his verbis.

B E diuerso contigit vetulam quandam stipite arundineo nixam (qua ante complures annos malefici, vna cum marito & sorore, insimulata & comprehensa, his supplicio absumpta: illam quod & leuiore tunc contra se quam contra ceteras præsumptiones militarent, pariterque grauida & partu proxima esset: in exilium fuerat relegata, ubi contra identidem geminatum ac sub pena Magistratus interdictum, prouincia ac habitationi sua se intulisset) comprehensam ac aqua ad submergendum hoc an. 1594. adiudicatam, carnificique traditam, tanta potentia aquis sese sapius, interdum & vsque ad humeros videndam extulisse, & quasi ebullisse, & profuuisse, ut demergente, & obrudente eam sapius conto carnifice, sub aquis vix contineri potuerit: existitque tum multorum sermo, ipsam nisi tanta vehementia conto per carnificem fuisset depressa, ac in aquis detenta, facili & quidem celeriori negotio, quam homini esset possibile, enatatam ac euasuram fuisse.]

D Hanc scriptor, hoc indicio fretus, nihil dubitat maleficam, & comburendam fuisse potius, quam submergendam. Ego hic rursus hæreo. si comburenda: ergo vult indicium sufficere ad mortem, & contradicit suæ positioni: qua ad torturam dumtaxat eo utendum censuit d: Item, si conto eam sub aquis carnifex potuit detinere & mergere: non igitur Deus hoc per suos ministeriales angelos

b nu. 29.  
& 30.

c num. 31.

d nu. 24.



bonos exsequitur, & sagas arcet ac repellit ab aquis, vt postea dicit ipse *nu.* 138. Nam quis hominum robur vincat angelorum? si angeli expellebant: qui fieri potuit, vt conto carnifex, angelis contranitentibus, eam potuerit submergere, & aquis præfocare? Non igitur erat cur dubitaret, & tam multa scriptor ille meditaretur circa hanc facti speciem: sed paucis poterat concludere. hic effectus à vi naturali non manat: nec à Deo manare putandus: non enim Dei voluntas, & ministrorum eius efficacia, in hac vna malefica irrita foret: restat, vt visenatandi extrinseca sit, & ab illo: qui hominum gaudet interitu ac deceptione: cuius tamen conatus omnes à ministris iustitiæ Deus, vt plurimum, patitur superari.

Video hic dæmonem conantem pactis conuentis stare, & sagam vndis expellentem: video vinci à conto carnificis: qui id fieri potest? certe digitus Dei hic est, carnifici victoriam tribuentis, quia iudicium Dei exsequitur. Si hæc & consimilia verissima meditata fuisset, non confugisset ad illam regulam, qua putat difficultates omnes decidi & exhauriri a. *Iudices indicijs qua ad torturam de iure sufficienti præcedentibus, posse in supplementum plenioris & legitime probationem, sine conscientia lesione, ita facere, vt dilucido, & stricte lictori mandato, sufficienti interuallo interiecto, apparere ipsis ac omnibus circumstantibus, de natatione vel submersione delata, sufficienter possit.* ] addit & alias cautelas circa modum. primo hoc interuallum vnum esse debere, & aliquanto laxius, saltem ad solius iudicis non carnificis arbitrium distinctum & temperatum: debereque iudicem aduigilare, vt omnis fraus, collusio, fu-

A cus, indiligentia, vel implicatio absit. Cautela hæc bona est, si res ipsa licita foret.

Solent enim omnes mergendi & natandi imperiti, sed & periti, dum merguntur: ante quam aquis præfocentur, aliquoties supra aquas capite & interdum humeris efferri, conante quantum potest natura hominis conseruationem. diligenter itaque videndum ne quid tale hic eueniat, quod Magiæ ascribatur, vel miraculo Ideo suspicor

B addi ab auctore: iudicem omni cura prospicere debere, quid natura: quid miraculoso indicio sit tribuendum. Sed frustra sunt cautela omnes nec vlla humana prudentia vnquam poterit sanctum efficere, quod, quia illicitum est: vitandum erat. Neque nunc disputamus, quid iudici faciendum vt hoc indicium exerceat cautè & circumspectè? led an vllid ei modo liceat exercere?

C Quod postea *num.* 38. requirit, non accedere iudicem ad hoc experimentum, nisi vehementissima, & plusquam ad torturam sufficientia præcesserint indicia: id pugnat cum ijs quæ *num.* 24. & *num.* 35. dixit, sufficere præsumptiones vehementiores, quæ ad torturam communiter sufficerent. si sufficienti, quæ ad torturam sufficient.

D cur non requirit, plusquam sufficientia? si præcesserunt plusquam sufficientia: quid hac opus proba? sic ut enim ad condemnationem, vbi reus legitime conuictus, vel, ipsa facti notorietate, res luce meridiana clarior est: hæc proba foret superflua: Sic etiam, ad torturam superflua erit: quando sufficientia ad eam habentur indicia. Nec enim superflua inquisitiones iudicibus permittæ sunt, vt *docetur lib. seq.*

E Quod addit *n.* 39. discrimen esse inter

malefi-

n. 32. 33.  
3. 4.

n. 15. cū  
teqq.  
E

6 ca. 1. de  
proba.



maleficos & alios criminosos : & in maleficis , propter difficultatem probandi , maiorem licentiam iudicibus concedi , vt scilicet hæc aquæ probatio admittatur ; in criminibus cæteris non admittatur , sed in ijs canonicæ & ordinariæ purgationes sufficiant . item , peculiare esse hoc in maleficio , quod licet Panormitan . ( quem DD . alij veteres sunt secuti ) censuerit in aquæ frigidæ purgatione supernationem esse documentum innocentia : tamen in solo crimine maleficij contrarium notandum . id vt gratis dicitur , gratis possit negari , & ex dictis D . Bernard . *sermon. 66. in Cant. in fin.* vbi idem hæresi & hypocrisis tribuitur , falsum apparet . Nobis nunc tamen , id est , minime negligendum . ex eo enim pellucere potest vanitas vel probæ , vel defensionis eius . Et enim si hæc proba ad condemnationem institueretur post torturam , aliquid forte ad rem pertineret , quod de difficultate probationis in hoc crimine prætextitur . Nam difficultas tota , quæ in hoc crimine peculiaris iudicibus occurrit : inde nascitur , quod sagæ plerumque tormenta eludant per somnum vel indolentiam : ante tormenta vero , ad indicia quæ pro tormentis sufficiant , longe plura inuenias momenta contra sagas , quam contra adulteros , vel nefariæ veneris reos . plures enim correi sunt sagarum , & hoc crimen non occultius admittitur , quam ista quæ dixi : in quibus vnici duntaxat est concius , & secreta thalami quærantur , quodque dici solet , etiam soli & astris reliquis ea occultantur .

Cum itaq; velit auctor hanc probam ad torturam duntaxat præmitti : non est , quod in hoc sagarum crimine peculiare ius introducat . Cæterum , quod à cæteris criminibus non modo

A hoc excipit , sed etiam contrariam illi quandam ab extrinseco conditionem appingit : scilicet etsi criminosi alii iuste accusati mergantur , tamen in hoc crimine sagas mergi non posse . hoc certè , si ratione criminis fieret : consequeretur eas mergendas : quando de alio crimine ( puta furti ) accusate , iuxta ritum illum veterem , de quo Panorm . egit , aquis iniicerentur , si noxiæ forent : quæro igitur , mergentur , neque ? Si mergendas dicat : contra , sed illam quam narravit *num. 30.* patet , mersam non fuisse vi ponderis sui , sed violentia cõti deprimentis : & tamen sagam fuisse dixit , & damnatam dixit , quia exsilij mandatum bis infregerat , atque ita non propter maleficium . nec enim ratione maleficij ad aquas damnassent , vbi moris est ad rogam mitti iuxta leges Imperij . Si dicat non mergendas : certe iam sequitur , hanc supernationem non esse introductam , duntaxat à Deo ad dirigendum iudicem , in eius criminis iudicio , de quo disceptatur . tunc enim non ageretur , nec iudex inquireret , an esset rea maleficij , sed an esset rea furti , puta , vel adulterij . In quibus criminibus deciperetur tunc hac proba iudex . Nam dum de furto quærit , si non mergitur ( quia saga ) certe absoluet eam , quæ verè furti rea sit , quia non demersa : & ideo à furto immunis censenda . Nec ad rem facit , quod hinc indicium capiet maleficij .

Quid si enim nulla cõcurrerint alia , eo quod etsi saga sit , nulla tamen de ipsa suspicio habebatur ? certe iudicis officium erit dimittere : quam miraculo Deus sagam esse docuit . Si non dimittit , iniquus erit iudex , qui furti ream , diuino expurgatam iudicio , non dimittit . vides in quos se stimulos conscientia injiciant : qui has Nouitatum



superstitiones, vulgariaque sequuntur opinamenta. Nunc videamus, quibus rationibus suam probam defendat, & singulis ordine respondere conabor, habentur eius cap. 2. & toto postea cap. 4. vbi excursionem vnam prolixissimam addit, qua narrat & describit Dei prouidentiam suauissimè omnia regentem, & mortalibus optimè, ne demon illos decipiat, prouidentem: & per Angelos custodes etiam singulorum elementorum omnium satagentem. hanc quidem probam peragere per eum, qui aquæ præest elemento.

Multi in ijs deducendis accumulati, non certa, nec probata. Et quamuis omnia forent certa & probata, nihil tamen nos ea premerent. Esto enim Deus impedit, ne dæmon nos opprimat, vt vult & possit: ergo nullum lædit? vbi Iob? impedit Deus ne nos, ac ac iudices & magistratus præcipuos ad lubitum decipiat? ergone semper & omnes? vbi Achabore deceptus Pseudo prophetarum? vbi Susanna falso crimine damnata? Quod denique dicit, num. 223. pauciorum miraculorum hodie causam esse, fidei inconstantiam & teporem; ea quidem vna est; sed melior alia, quia stabilita iam semel fide, minor est, vel nulla necessitas eorum. Et quod n. 226. addit opera omnium rerû creatarum siue bona, siue mala Deo esse attribuenda, id nisi sane explicetur, catholicum non est. nam culpæ mala seu opera, quibus peccant homines, Deo, qua mala sunt, tribus fides vetat. Sed puto eum de actu naturali tantum: & non morali sensisse.

Primum argumentum eius, pro hac probâ, est, inter alia multa, id quoque à iudicis arbitrio pendere, vt probationibus ijs pro arbitrio vt i possit quas adhibendas iudicat, & ijs credat, quan-

tum ijs probatum existimet, vt Hadrianus Imperator censuit. *a* Respond. Probationes iudicis eatenus esse arbitrarias, vt ijs ex legum præscripto sic vtatur: vt nullas assumat, quæ iure prohibita sunt, qualis est ista, de qua agitur: nullas etiam, quas Deum offendere vel putet, vel putare debeat, qualem istam esse postea ostendam. hoc sane, quod de arbitraria iudicis licentia in criminalibus læpe iactatur, suis cancellis, & Iuris peritorum sanctionibus, postea lib. seq. includam, & licentiosam proteruiam voluntate, pro ratione, abutentium, frenis velut infrunitum animal constringendam moderandamque docebo.

2. Argumentum præsupponit, iure Canonico non prohibitam esse hanc purgationem in crimine maleficij, quia ius canonicum non dicit expresse, non licere in hoc crimine hac proba vt i; & quæ expresse prohibita non sunt, illa stare non prohibentur. *b* tum quia crescente delicto modus pœnæ & tormentorum debet crescere. *c* Ex hoc fundamento sic argumentatur. Hoc crimen quotidie auferere videmus: licet igitur iudici genera veritatis inquirenda inuenire noua, non prohibita. quod probat multis DD. dictis generalibus. *Respon.* Fundamentum præsuppositum esse vanum, falsumque. Quia sic posset probare in maleficij crimine ad eruendam veritatem, etiam duellum iudici à Principe posse. Nam nec duellum in maleficij crimine iudici, est iure prohibitum, expresse facta mentione maleficij. sic posset de ferri candentis probâ hoc idem inferre. Sed cum in his pateat illationem huiusmodi non esse faciendam, satis apparet, nec de aqua frigida proba, hoc dici posse. Sicut ergo duellum fieri nõ potest ad pro-

batio-

n. l. 1. s. 2. iudem B de testib.

arg. 1. nec non 8. s. quod eis in verb. filies non prohibentur. D. ex quibus maio. in integ. el. relog. D. de pas. F



bationem maleficij, idcirco duntaxat: quia duellum fieri generaliter prohibitum fuit: non poterit etiam hæc proba adhiberi, propter eandem generalem prohibitionem. Nec enim solent leges purgationem aliquam prohibentes addere, ut non liceat ea uti in tali, & tali crimine: sed simpliciter vetant ea uti. quia qui generaliter prohibet, omni in re id prohibet: qui furari, is prohibet aurum, argentum, ferrum furari: qui candente ferro experiri prohibet, is prohibet experiri in omni casu, quo: ratio prohibitionis procedit.

Qui ergo prohibet canon uti iudicem probatione aquæ frigidæ, prohibet ea uti in omni crimine. quia nullum est crimen, in quo prohibitionis ratio æquæ non militet: ea enim hic est, quia superstitiosum, & incertum, & cum Dei tentatione coniunctum est hoc genus probationis: ut ipsimet Canones indicant, citati superiore *quæst. scilicet. 3. in sm. d. & scilicet. 4. e* ex quibus disertè, & annullantur tales purgationes aquæ frigidæ, & prohibentur litigantes eas præstare, & iudices prohibentur postulare. Et Doctores omnes tam Theologi quam Iurisperiti ad vnum, hanc accepere, ut generalem prohibitionem, neque putarunt sibi vllum crimen excipiendum, neque vnquam de maleficio excipiendo, in hunc vsque diem vel somniarunt: quia videbant prohibitionis rationem æqualem in maleficio, atque in cæteris criminibus. Generaliter & sine criminis vllius exceptione (nullam enim addunt) locuti sunt Theologi, iurisperitiq. *Diu. Thom. in 2. 2. q. 95. art. 8. in add. 3. & ibi Caietan. D. Anton. 4. p. tit. 15. cap. 34. §. 2. Binsfeld. 2. part. de confess. maleficor. quæst. 1. post vlt. conclus. Petr. Tyrans lib. de demo-*

**A** *mac. edition. 2. Petr. Gregor. lib. 48. Syntagm. cap. 19. Abbas in cap. licet in fin. ne cleric. vel monach. Matt. de Afflict. ad lib. 2. Constit. Regni. tit. 31. Turcrema. in d. cap. consulisti. Abb. & Ancaran. in cap. fin. de purgat. vulg. (vbi bene loquitur) Andr. Alciat. in Compend. Iudiciary processus. Iudoc. Damhauderius in pract. crim. cap. 43. Nauarr. c. 11. Manual. 36. Nicola. Remig. li. 3. Demonolat. cap. 9. Andr. Gail. lib. 2. de pace publica cap. 7. num. 24. (vbi sicut & Ancaran. expresse addit, esse Mortale peccatum) Ioan. Althuz. admonit. ad Iudic. idem temere Ioachimus à Beust, Boreholt. Venatorius & alij citati à Godelmanno dicit. cap. 4. num. 23. & num. 27. qui addit hanc, communem Do. sententiam, approbati quoque ab omnibus facultatibus Iuridicis Academicarum Germania.*

**B** *Sane cum Canones sic expresse loquantur, & generatim ab omnibus Dd. intelligantur (nec enim vel vnum Theologum Catholicum, vel vnum Iurisperitum pro se adducunt aduersarij. Cuiacius enim in Feudis tantum meminit moris prisici, non vero eum laudat vel probat) nonne ab Academicarum & Doctorum recedere communi consensu, canonum innixo & menti & verbis, propter leuiculas rationes, temerarium & inconsultum est admodum? frustra igitur sibi hoc effugio blandiuntur. satis enim expressa est prohibitio canonum. Quia negatio malignantis est naturæ & vniuersim destruit, quicquid eam subsequitur.*

**C** *Modus pœnæ augetur cum delicto: quando legibus ille modus non aduersatur: hunc aduersari iam palam est. Hac vite tractâ, cedo alteram.*

**D** *3. Argumentum simile est sequentibus, quæ omnia multum habent ver-*

**E** borum



borum, sed parum stringunt: reducam analyticè ad sua enthymemata vel syllogismos. sic enim vis ratiocinationū optime intelligitur, & fucus omnis remouetur. tertij ergo argumenti summa hæc est. Iudices possunt & debent eam adhibere pœnam, quam rei maxime metuunt, & propter quam ipsi alijque exemplo territi efficacius à delicto deterrebuntur: huiusmodi quo ad maleficas, sunt ignis & aqua. ergo his elementis, iudicibus in hoc crimine potissimum vtendum. *Respon.* primo si quid hoc argumentum valeret, probaret etiam de ferro candenti: de quo tamen id nec ipse aduersarius asserit: quod si asserit: nonne Dd. omnibus Canonibus, & alijs quoque f. manifeste se opponit. quod cuius modestiæ sit, ipse viderit. Si quid etiam valeret; probaret non in maleficis tantum: sed & in homicidis, & in alijs criminibus: quod tamen aduersarius in alijs negat. Ignis enim tormentum maximè metuendum est, tam latroni, quam Lamie. Præterea quero, cur aquam magis metuant Lamie, quam fidiculas, & e-culeum: quia (inquit) illi queunt resistere, huic non queunt. Sed cur huic nequeunt? Deus (inquit) non permittit. Vnde nos? experientia. sic semper principium peritur. *Secundo respondeo.* Maiorem absolutè falsam esse, si sit propositio vniuersalis, adhiberi enim non possunt à iudicibus pœnæ, quibus iura vel legitimæ consuetudines non suffragantur: hæc vero aqua frigida vsurpatio. Dei tentatrix est, & iuri aduersatur, ac proinde vsus eius corruptela est, non consuetudo. Si negat vniuersalem esse propositionem: corrui syllogismus, quia peccat in modo.

*Quartum argumentum.* Ad verita-

A tem indagandam vt debent iudices modo, qui magis fauet vtilitati publicæ, talis est hæc proba, igitur ea vtendum. Min. probatur: quia tendit ad conseruationem publicæ vtilitati, ad salutem ac reconciliationem humani generis, omniumque terræ fructuum prouentum. *Respond.* Minorem falsam esse: probationem vero eius supponere, quod erat probandum. Non enim quæritur; an maleficas, quæ veræ maleficæ sunt, & quas esse iudici constat, puniendæ? item an iudex modis legitimis quibuslibet vti possit? constat enim affirmatiua horum pars, sed quæritur, an iste modus sit legitimus, & in hoc fallitur scriptor ille, quia putat, vt actus aliquis sit legitimus, & bonus; sufficere, si per eum quis ad bonum finem tendit, Nonne bonum, ægro sanitatem conferre, sane si finem spectes? sed si per maleficium conseras, vel vt per fornicationem, aut aliud peccatum eo tendat, actus erit malus, & lethalis, cur? nonne ad finem bonū tendebat? ita, sed per medium non bonū. Idem hic assero bonum ad finem tendere iudices hos: sed peccare, quia per mala media, nempe superstitionem & tentationem Dei. Præterea hoc quoque argumentum labdat vitio, quo præcedens, dum plus probat, quam intendit; nihil probat ad eundem enim finem tederet iudex per duelli, vel ferri candentis purgationem: & tamen hoc ei non licet.

E *Quinto*, constat experientia sagas probam aquæ maxime vereri & detestari, eo quod sciant se sic detegendas: verisimile ergo est illas tali indicio cōuictas; nō ausuras subire eculeū, vel saltem in eo non negaturas, quod ante in aquis coram omnibus palam fecerunt. *Respond.* consequentiam hanc

nihil

f. c. Mé-  
nam in fi.  
d. c. confu-  
uisti. d. c.  
ex tuarū  
d. c. sentē-  
tiam & c.  
in. de  
purg.  
vulg.



Nihil valere Deinde, si hanc maxime detestantur; quomodo solent se illa huic probæ offerre tam frequenter? Item, vnde sciunt certo, se sic detegendas? nisi quia pacti sibi talis consciæ sunt. Si pacti consciæ; fit hoc igitur dæmonis opera quod aduersarius negat. Denique potius crediderim, illas tunc libentius eculum subituras, & tormenta pertinacius laturas, vt tolerantia diluant præcedens aquæ indicium, sic enim cassum reddituræ conatum illum improbi iudicis.

G *Sexto.* Indicia depositionis & denūciationis sociorum & complicum, incerta sunt & fallacia: ergo potest iudex ad eorum robur hanc probam adijcere. Anteced. probatur tum quia malefici potentiores solent se laruis obtegere: tum quia Diabolus potest innocentium vultus in conuentibus exhibere; tum quia conuentus tales incerti, & imaginarij sunt. *Respond.* Primo nec conuentus esse imaginarios & incertos omnes, contrarium docui, *supr. libr. 2.* nec omnes semper iurati interfunt, vt etiam illic docui, nec diabolus à Deo in hoc crimine permittitur innocentes exhibere, vt etiam docui, *eodem lib. 2.* sic falsum antecedens. Sed si illud concederem, & nunc pro confesso haberem, inde tamen non sequeretur illatio illa. Possunt enim illa indicia, alijs legitimis indicijs roborari (de quibus agitur *libr. sequenti.*) &, vt nulla forent indicia legitima alia, præstaret reum nocentem absolui, quam ex prohibitis indicijs & illegitima probatione condemnari, teste Stephano Pontifice a. Denique hoc argumentum etiam probaret, de omni vulgari purgatione.

*Septimum argumentum*, ex verbis D. Binsfeldij contra eius mentem, non dicam calumniosè, certe non omnino

A candidè detortum & contextum est, quibus, vir ille & doctus & pius, iudices ad puniendum maleficium istud hortatur; & probat in hoc crimine plus deferendum testimonio complicum, quam in ceteris criminibus: ex his concludit aduersarius, hanc ergo probam recipiendam: quia hæc proba est certior illis testimonijs. *Respond.* nec esse certiozem, sed incertiozem; quia nullus homo tam mendax, quam Diabolus, cuius hæc proba pacto nititur: nec ad re pertinere certior sit, nec ne. Ratio enim dissimilis valde est harum probationum, testimoniorum probatio diuino naturali, & positio iure nititur: proba hæc vt iam sæpe dictum; sed seq. sectione probandum, omni iuri repugnat.

*Octauum argumentum*, teste Binsfeldio, indicium homicidij ex cadaueresanguinante coram occifore petatum, videtur soli diuino miraculo adscribendum: ergo sentiendum similiter de sagis supernatantibus. *Respond.* quid de antecedente sentiam, hoc opere non semel me indicasse: sed esto, sit adscribendum miraculo: an eadem ratio huius probæ? dicis, non probas. Ego qui nego, discrimen dabo: Nulla in sanguinis illa missione causa subest suspicionis, de pacto cum dæmone: nihil illic miscetur superstitiosis: non quaritur illic à DEO lignum & proinde, nec Deus tentatur: quæ omnia reperiri in proba frigida docebit sequens lectio.

*Nonum argumentum*, ait inconuenibile esse, si diligenter aduertatur: aduerte igitur quæso (*Lector*) mecum, & herbam para, quam victi victori porriganus. Sed quid hoc? an montes parturiuere? certè nihil hic reperto a me. 67. vsque ad numer. 70. quod vim habeat argumenti, nisi istud: Iudices à



maleficis, in ijs, quæ ad iudicium eiusque ordinem pertinent, ne lædi, nec impediri possunt. Dæmon ab initio mundi semper omnia conatus fuit & conatur, ne malefici puniantur, & ut amassios suos eripiat iudicibus: ideoque persuaserat olim omnia, quæ fatentur, illularum mentium esse somnia: sicque consecutus diu fuit, ut impunitate & contemptu iudicium, mire numerus cresceret reorum. Eadem ex causa tam maleficæ, quam dæmonum summo opere vellent lædere, & exterminare omnes iudices: quod nequeant, fit, quia Deus non sinit; cuius potestas est infinita, dæmonis finita, si ergo tantopere Deus potestatem suam ostendit in defensione & tutela iudicium in hoc crimine; qua re non idem plane volet, & operabitur Deus, circa executionem huius aquatilis probæ, qua quasi index est, & minister ad huius maleficis hæreses veritatem relegendam ac agnoscendam? ] Sic enim ille concludit, ex præmissis quas narraui, breuiter, hoc ait: Deus potentiam suam ostendit in tuendis iudicibus contra dæmonum & maleficiorum insidias, vult igitur eam ostendere quoque in crimine eorum detegendo. Respond. Quid si negem consequentiam, & dicam argumentum à pure particularibus procedere? Deus hoc facit, ergo & istud vult. Si dicas probari consequentiam: quia: vt decet Deum iudices tueri ne lædantur; sic decet eos dirigere, ne fallantur. Respond. nunquam illos falli, quando vli sunt modis & medijs à iure comprobatis. Non enim fallitur iudex, qui nocentem absoluit, quem acta docent innocentem, vel non docent nocentem. Nunquam falli, solius Dei est, neque hoc iudicij humanis competit. Præterea multa crimina sæpe

A Deus vult in sequenti sæculo in solidum puniri: ideo ea permittit hic latere. At reipubl. melius consultum si deprehendantur: sane, sed an Deus semper quod singulis rebuspub. vtilius; id facere tenetur? Quid si illas punire velit? Possim etiam dicere, vtilitatem illam reipubl. honori diuino cedere; hunc sæpe, expolcere, vt crimina quædam futuro vltimo iudicio seruentur expianda. Nonne eodem argumento idem de furibus probem & licariis? Deus potentiam suam ostendit in iudicibus & ministris alijs iustitiæ tuendis, vt exiguo numero aliquando & plures & ferociores comprehendant, eorumque vitent gladios: ergo etiam volet hanc prouidentiam suam extendere ad criminis eorum detectionem. Denique non semper iudicia hæc sine omni impedimento procedunt, vel latione iudicium, aut ministrorum iustitiæ, vt docuilib. 3. Ecce, quam leui manu & breui falcicula, stupeus arietis tam inuicti funis ducissus, machinam exar-mavit.

D Decimum, fors consultoria permittitur; quatuor conditionibus concurrentibus: hæc proba est quadam fors consultoria, & in ea inveniuntur conditiones quatuor illæ, nam non fit in electionibus Ecclesiasticis: sed fit in rebus Spiritualibus & ad animæ salutem pertinentibus; & fit cum reuerentia, & ex necessitate, defectu aliarum probationum, poterit igitur hac iudex vti. Respond. Hanc fortem non esse consultoriam, sed diuinatoriam, nam consultoria fors quærit, quid agendum vel iudicandum sit; hocque de futuro: diuinatoria, quid euentum sit, vel quid factum, latens. In hac proba vero non quæritur de futuro, neque de eo quid facien-

dum;



dum; sed tantum de præterito siue de culpa & commisso non aperto. Diuinatoria igitur hæc fors foret. Prohibita ergo hæc proba, vt cæteræ sortes diuinatoriæ. Immo & consultoriæ sortes hodie prohibitæ sunt, nec permittit nos Deus voluntatem suam per extraordinaria; & iure Ecclesiastico vel S. S. non approbata media inuestigare. Vide quæ dixi suprà capite secundo quæstio. 7. sect. 4. Neque hic ad sunt quatuor illæ conditiones, nam deest necessitas b.

*Vndecimum*, mallei malef. auctor ex Scoto dicit licere vt absq; Mortali ad tollendum maleficium remedijs vanis & superstitiosis, dummodo sine alio maleficio fiant: & delit omne pactum cum dæmone, etiam implicitum: quia hoc est destruere opera diaboli, quod est laudabile. Hubertinus & Goffredus putant maleficia posse per eandem artem destrui, per quam facta sunt. Imp. etiam, in l. eorum, C. de malef. & mathematic. permittit maleficia quæ in bonū finem diriguntur, nempe ad salutem hominum, &c. Cum igitur in hac proba desit pactum omne, desit etiam maleficium: licebit iudici ea vt, etiam si aliquid superstitiosi admisceretur. Resp. imprimis hic non agi de maleficij destructione, sed tantum de probatione maleficij commissi: & proinde hic opus Diaboli non destrui, sed tantum indicari. Deinde pactum hic nõ abesse. Imper. quoque illam constitutionem (nisi dicas eam tantum toseranter loqui, non vero approbatione iniquam esse, & diuino iuri contrariam; quia ius diuinum omne maleficiū prohibuit, nec enim faciendæ sunt mala, vt eueniant bona. Hubertini vero Goffredi, & vt videtur Mallei malefic. opinionem; nos lib. 6. copiose refutatuos, quæ sane, quo ad destructionem maleficij per

**A** maleficium, est erronea d: quo ad destructionem per superstitiosa tantum media, temeraria est, vt minimū: quia superstitio semper est in vitio & peccato, nec vnquam licite dicenda. Nec Scotus aliud dixit, in 4. d. 34. q. vni. vbi hæc tractat, quam licere maleficia, signum tollendo, destruere: quod vero superstitiosis & vanis vt remedijs liceat. Scot. non dicit, sed de hac re dicetur alias plura lib. 6.

**B** *Duodecimum*, est, omnia quæ ab hominibus fiunt, ab intentione eorum ita iudicanda, vt si intentio bona sit & doli expers, peccato vacua sit actio, quia peccata non sunt, si voluntaria non sunt: ideo si iudex putans hoc sibi licere, bona intentione & citra dolum, ad veritatem inueniendam hoc vtatur remedio, vel nihil, vel parum peccare. Confirmatur 1. quia in rebus, quæ ad fidem non pertinent falli, vel nullum vel paruum est peccatum. Confirmatur 2. hoc argumentum, quia iudices, teste Menochio f,

**C** duplex arbitrium habent, vnum astrictum, & ligatum: alterum liberum & plenum; quod dici potest, *concessio ab homine vel lege facta, quæ posita iudex semoto iure, equitate & ratione, sed proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, quod placuerit statuere.* Confirmatur 3. tum quia alioqui facile sagæ, sine hoc probæ genere, iudicia eludent: & experientia docet illas nulla Canonica purgatione meliores fieri: tum quia iudicibus admittitur vnica ratio certi aliquid statuendi, & sic molestijs & scrupulis innumeris inuoluuntur. Ex his omnibus, à numer.

**D** 82. vsque ad 91. concludit. *vix vllum vel neglectæ legis, canonisue, vel temerata religionis piaculum pertimescendum esse illi iudici, qui proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, ac pleno*

**E**

art. Paris  
5. & 6.

eVide D.  
Tho. 2. 2.  
q. 95. &  
quæ dixi-  
mus, lib. 1.  
c. 1. & d.  
art. Paris.  
5. tex. Leu.  
19. & 20.  
& cap. ad-  
moncant.  
2. 6. q. 2.  
ccp. nec  
mirum 2. 6.  
q. 5.

f de arb.  
iud. q. 6.



illo arbitrio vititur, cognoscenda per hanc probam veritatis.

*Respond.* Plurima hic occurrunt discutienda, quorum iam pars explicata, pars fufus explicabitur lib. seq. Imprimis illa regula, vt fit Theologicæ doctrinæ consentanea, sane est intelligenda; quæ à sola intentione, peccati petit rationem. Nam cum peccatum fit triplex, infirmitatis; malitiæ, & ignorantia; illud quod ex ignorantia committitur, bona cum intentione committi potest; & peccatum tamen esse *b*, vt accidere certum est, quando vincibilis ignorantia est: tunc enim bonam intentionem, non proffus exculare eum, qui facit, quod scire debuit, sibi non licere; certius est quam vt probari nunc à me debeat. *i.* Solum quod ab ignorantia omnino inuincibili fit, caret omni peccato; quia censetur omnino inuoluntarium: vincibilis solummodo minuit peccatum, affectata vero auget, efficit enim, vt sit peccatum ex malitia, considerandum: itaque qualiter ignoret iudex, sibi hac proba vt non licere. Si hoc scire, & discere expresse noluit, tunc ignorantiam directe affectauit: si vero aduertens, vel facile potens aduertere, se discere posse ac teneri, occasionem tamen discendi oblatam neglexit; indirecte tunc laborat ignorantia affectata: & sicut prior est expresse reus ob peccatum malitiæ: sic posterior implicite, & interpretatiue eodem recidit, totiesque sic peccabit, quoties vel directe, vel indirecte, quando se discendi iterum occasio obtulit, discere vel expresse noluit, vel neglexit. *k.* Quæ in Iudicibus locum habent, quia hoc addiscere tenentur: eo ipso enim quod iudices sunt, tenentur scire, quæ officium iudicandi exigunt: tenentur quod, qui rudiores sunt,

**A** consilium petere à doctis & pijs viris quare cū hoc negligunt, à supina ignorantia excusari non possunt, cū tam facili negotio, consulendo Academijs, Facultates, hoc queant discere. Quod si tamen aliquis contenderet rem hanc esse difficilem cognitu, (quæ mea quidem sententia facilis est cognitu, quia sufficienter à summis Pontificibus decisa) & iudex adhibuisset aliquam diligentiam ad sciendum, non tamen omnem quam adhibere poterat & ratione difficultatis rei, & status sui, tenebatur: adhuc ignorantia erit vincibilis, & proinde cum peccato, quia talis ignorantia non tollit voluntarium. Quando autem quis diligentiam sufficientem dicendus adhibuisse, hoc alterius & prolixæ disputationis est. Nobis sufficit illud fundamentum subuertisse, quo supposebatur ab aduersario solam intentionem bonam sufficientem, ne quis peccet faciendo, quod facere non oportuit. *Ad Confess. l. Respond.* eam esse fallam. Quin etiam falli in ijs quæ pertinent ad mores, & præcepta Decalogi, potest esse Mortale, si quis fallatur propter ignorantiam rerum, quas sub M. tenebatur scire, vt tenentur iudices ea, quæ ad officium eorum spectant, & graue continent præiudicium, vt in nostro casu: cumque omnis error voluntarius quarumcunque rerum, semper sit peccatum ex communiore & veriore sententia, contra Durandum; sequitur, quo error periculosior fuerit & maioris detrimenti, hoc futurum peccatum erroris grauius, hic autem detrimenti est maximi, quia fouet superstitionem, tentat Deum, & proximo grauisimam infert iniuriam. *Ad 2. Respond.* Iudices qui tali arbitrio libero & pleno vtuntur, non iudices esse, sed tyrannos, vt pote quibus in corde illud:

D. Gr.  
li. 2. q. 74.  
ra. 2. 26.  
J. Thon  
t. 2. q. 76.  
Act. 3. v.  
77.

Vide D.  
The. & i.  
Medin.  
l. 2. q. 74.  
art. 5. &  
e qu. 76  
art. 2.  
Scho. in  
l. d. 22.  
Valen.  
l. 1. q. 2. q.  
punct. 6.  
& q. 5.

\*Bar. M.  
in. 1. 2. q.  
94. art. 8.

Videan-  
t. 1. Vitor  
in Rel. de  
10 dijs n. 9  
V. q. 2. li. 6.  
in Conc.  
Trid. ca.  
18. Sor. in  
4. d. 5. art.  
2. q. vni  
Bannes. 1.  
2. q. 10. 2.  
2. dubio.  
10. Vale.  
sup. pum.  
1. Angl. in  
2. d. 21. q.  
2. art. 2.



*Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas:*

Et qui iubent potius, quam cognoscunt; ideoque regnant potius, quam iudicant. Vlline vnquam ab illo homine vel à lege facta hæc tam laxa concessio, vt ipsi liceat solo vacare dolo; cæterum, se ponere ius, æquitatem, & rationem; proprium vero sequi appetitum, & sic quodcumque placuerit in iudicio statuere? Deus bone, quod talia iudicia deciderunt? hancne licentiam tribui ab hominibus Christianis? qui ius & æquitatem remouet, nonne iustitiam tollit; quæ omnis vel benigna æquitate, vel rigido iure fulcitur; æquum bonumque; naturalis est iuris; hoc tollis, si ab æquo bonoque & iure simul iudicem permittis abire. Non hominis, sed Dei iudicia iudices iudicare Rex ille Israël; vere dicebat; hominis est arbitrium sequi rationis, quæ nos à belluis discriminat, & ratiocinatione præcedente imperare humanis affectibus, qui quod contra legis præscriptum sæpe nituntur; ideo iudices nolebat humanum sequi iudicium, sed diuinum: quia iudicandi leges acceperant à Deo Iudæi, ideo qui secundum illas iudicabat, memorerat se Dei iudicare iudiciū. Aduersarij ne hominis quidem iudicium amplectuntur, sed belluarum: hominis est rationem nunquam semouere, belluarum est appetitum sequi, qui ergo iudici, semota ratione, proprio duci appetitu, permittunt; nonne bestiam, non hominem iudicatorio tribunali imponunt? Non, non, qui legibus contemptis iudicat, à Deo iudicabitur. Princeps es, & legis condendæ habes auctoritatem? iustis quas tulisti legibus, pare; non metu pœnæ, quam præfixisti (hanc nemo à te exposcet) sed metu legis diuinæ, metu legis naturæ, amore honestatis & decoris, &

A laudis. Nullus est Princeps, qui Dei lege aut iure naturæ absoluat; aut hoc ius, hanc æquitatem possit, sine peccato transgredi iudicando. Principe iudices inferiores, supremi quidem illi & qui Principis immediate gerunt vicem, dum contra legis mentem non tendant; possunt verborum proprietatem extensione, vel restrictione labefactare alij his inferiores, & à quibus ordinaria solet appellatio, saltem in ciuilibus esse, illi verbis etiam legis astringuntur: si contra ea iudicant, peccare censendi, ex communi Theolog. sententia *b.* Notari digna sunt illa D. Augustini; *Inest temporibus legibus, quamquam de ijs homines iudicent, cum eas instituerunt; cum tamen fuerint instituta & firmata, non licebit iudicibus de eis iudicare, sed secundum easdem c.* D. Gregor. etiam scribit, à iudicibus iura diuina humanaque reuoluenda, & cum reuoluerint, secundum id quod illis constitutum est, iudicandum *d.* & addit exemplum Moysis, qui querelas populi semper ad Domini tabernaculum ingressus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat iudicia proponebat. *Nimirum (ait) nos instituens, vt non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino sententiam proferamus.* Hoc tenebantur sequi præcepto Dei iudices Israelis, qui iudicare iubentur, iuxta legem eis à Deo per Moysen datam *e.*, immo & Regi ipsi eadem necessitas incumberebat *f.* Sane apud Romanos testatur Afconius solitos iudices iusiurandum in leges præstare, quod illas solemnem formula præretur. Nihil autem perniciosius, nihil periculosius semper iudicatum, quam si affectui indulgere iudex permittatur appetitus vero semotus à ratione, nihilo passione & affectu melior est. Absit ergo à Deū. sentimentium mentibus, absit à Christianis subellijs, talis arbitrij ple-

*6 D. Tho. 1. 2. q. 69. Med. 22. q. 6. ar. 5. & ib. Bân & Aragon & Sor. Itē Caiet. in sum. verb. Iudex Nauar. Man. ca. 25. n. 5. & 13. cl. de vera religio ne c. 31. dca. sum. moper. 11. q. 3. e Deuter. 17. v. 10. sp. cap. 17. v. 19.*



nitudo, qualis in 2. confirmatione proponeretur *Ad 3. Conf. Respond.* Præstare sagas centum nocentes absolui, quam ut per talem probationem innocens vna mulier condemnatur, vel periclitetur, præstare eas ab leui sine iudicis peccato, qui licita omnia expertus; quam cum peccato & superstitione veritatē deprehendere, & crimen punire: Quid tibi (O iudex) proderit si provinciam criminosis liberaris animæ tuæ dispendium facias? quid tibi prodest bene consulere alijs, si tibi per peccatum male consuleris? At illa deterior fiet dimissa; tibi non nocet, sed sibi, consequetur illam Nemesis sua. De scrupulis quod additur, dicerem lubens, *Trepidauerunt ubi non erat timor.* Eximatur semel hic error ex eorum mentibus: errornea conscientia cessabit. doceantur timere superstitionem, doceantur quæ graue peccatum sit Deum tentare. Doceantur mortale peccatum esse, non obedire Ecclesiæ, quæ vniuersim prohibuit vulgares purgationes. Non puto me hac in re falli. vnam ex causis cur canonicis & ciuilibus medijs veritatem non assequantur, præcipuam esse credo, quod huic superstitiosa probationi confidant; cæteris, hoc est iustitiæ & Deo, diffidant, & ideo eas obeunt negligentius. Nonne hoc meretur decipi & illud?

Nauarr.  
sup. n. 15.  
n. si ve. 6  
ec. mor  
taliter.

*Vlt. argumentum,* petitur ex verbis D. Bernardi, in *Cant. cant. ser. 66. in fin.* ex cuius narratione colligunt, hunc morem miraculosum, & apud veterem Ecclesiam in more positum. *Sed Respond.* verba D. Bernardi hoc non probare, & D. Bernard. post Longobardorum & Barbarorum in Italiam & Gallias irruptiones ac imperia diu vixisse, nempe post annum 1100. vt antiquior illi auctoritas quærenda fuerit in re, quam ante Bernardum Stephanus Papa, &

A tempore Bernardi Lucius 3. & mox post Bernardum Honorius 3. damnarent. Sed S. Bernard. hanc consuetudinem probat, nec laudat, nec Ecclesiasticum morem, sed quorundam tantum priuatorum fuisse docet: notandum quoque illos hæreticos, de quibus loquitur, fuisse Apostolicos, & pauperes de Lugduno, & de Barulo dictos, verba Bernardi hæc sunt; *Probatum est, mori magis eligunt, quam conuerti. Plerumque fideles intellectu manibus aliquos ex eis ad medium traxerunt. Quæsi fidem, cum de quibus suspecti videbantur, omnia prorsus suo more negarent, examinati iudicio aquæ, mendaces inuenti sunt. Cumq; iam negare non possent, quippe deprehensi aqua eos non recipiente arripito, vt dicitur freno dentibus, tam misere quam libere impietatem non confessi, & professi sunt, palam pietatem astruentis, & pro ea mortem subire parati. Nec minus parati inferre, qui adstabant. Itaque irruens in eos populus, notos hæreticos suos ipsius perfidia martyres dedit. Approbamus Zelum sed factum non suademus.]* Hæc ille, ex quibus patet hoc vulgi factum fuisse, & abs Bernardo illud factum non approbari. *Quomodo approbaret Canonum & peritus & obseruantissimus? Si dicas Bernardum loqui duntaxat, de præcipiti nece illis illata, & hanc damnare, non iudicium aquæ. Resp. D. Bernardum necessario de vtroq; intelligendum. Nam si examen illud licitum erat, etiam licita mors ex illo subsecuta. Nā post culpam ita deprehensā solebant statim supplicio tradi. Deinde B. Bernardus nō approbat illud examen, sed solummodo narrat quid vulgo factum; quando adhuc in causa hæresis vigeat hæc probatio de facto. Principib. dissimulantib. nec satis promptis ad parendum Canonicis decretis; quæ proxi barbarie plerique ignorabant. Respondi argumentis scriptoris illius Catho-*

lici,



lici, & excepti hastas eius amentas: nunc vicissim, communis & vera sententia tela torquebo.

## SECTIO III.

Proponitur & probatur vera sententia Negatiua.



Hi de ijs qui ignari sunt prohibitionis Canonum: de alijs sit Conclus. *Pescant iudices, qui gnari prohibitionis Pontificia, proba*

*haec aqua frigida in malefij crimine videntur.* In conclusione hac suppono prohibitam esse probam; quod probatum a nobis supra a. Nec valet solutio aduersarij, non esse mentem Canonum de hoc crimine loqui. Vis enim negatiua indefinita prohibitionis, est vniuersalis, ideoque praecipua negatiua semper, vbi que, & omnes ligant: vt docent quotquot Decalogum explicant, ideo qui dicit, *Non licere vti proba aqua frigida*, intelligendus est, de purgatione cuiuslibet criminis per talem probam. Neque haecenus, quod sciam vllus, hanc limitationem canonem illorum somnauit; vt de purgatione leuium tantum criminum loquerentur, nec modernus iste scriptor tantae adhuc est auctoritatis, vt eius interpretatio contra receptam haecenus sententiam sit admittenda, cum nec vera sit. Nam canones illi de furto, immo & homicidio loquuntur, quod graue crimen est. *Concl. communis est, vt superius probauimus.*

Probatur primo. *Quia peccatum est factum, vel concupitum contra legem aeternam, vt ait D. Augustinus b, siue vt ait D. Ambrosius, c, Peccatum est legis diuinae prauaricatio, & caelestium inobediencia*

**A** *mandatorum.* Inter caetera autem legis diuinae siue aeternae mandata est, vt oues pastorem suum audiant, & Ecclesiae capiti obediant: constatque Catholicis omnibus: ad hoc visibile caput Ecclesiae, pertinere decisionem rerum fidei; & eorum, quae a fide dependent. Horum ex numero est iudicare, quid religionis virtuti repugnet, quid non; siue quid superstitiosum sit, quid non sit.

**B** Cum itaque Pontifex Romanus, visibile caput Ecclesiae ( fremant haeretici, vt lubet) declararit probam seu purgationem aquae frigidae superstitiosam esse; illi non credere, & contrarium contendere; est non audire Ecclesiam, & proinde peccare, dignumque se praebere, vt habeatur, sicut Ethnicus & publicanus; & proinde est incidere in caelestium prauaricationem mandatorum. Si dicas, Stephanum Papam meminisse tantum feruentis aquae, & non frigidae. Urgebo, eandem frigidae & feruentis esse rationem; quia generaliter ibi subdit pro ratione. *Quod Sanctorum patrum documento sanctum non est, superstitiosa adinuentio non est praesumendum.* Igitur Stephano Papae idcirco haec probationes superstitiosae, quia non repertae in canonicis, non sanctae sanctorum patrum documento: sed ab hominibus vulgo praesumptae. Promant aduersarij vnum vnius patris documentum hanc probationem approbans; & videbuntur non penitus auctoritate veterum destituti. Solum Iuo videtur quodam casu ferrum candens probasse: sed aduersarij, ferri candentis probationem aequae atque ego improbant: & Iuonis rationem supra Sectione contutauit.

**C** Praeterea Pontifex alios e aquae frigidae & feruentis simul mentionem faciens, vtramque vocat, *popularem inuentionem, vtramque dicit factam, fa-*

**D** *mentum, vtramque dicit factam, fa-*

**E** *mentum, vtramque dicit factam, fa-*

d. c. consu  
luti 2. q.  
4.

e. c. Men  
nan. in fi  
ne 2. q. 5.

ERICANT

a. l. c. p. re  
ced. in rel  
pon. ad 2.  
arg.

K  
H. 2. c. 6.  
Pauli. D.  
Th. 2. q.  
7. ar. 6.  
Schol. in  
2. d. 35.  
De Para  
diso c. 8.



fe, ex tua  
in de  
purgat, ca  
no,  
g cap. sen-  
entiam  
sanguinis  
de cleric.  
vel mo-  
nach.

*bricante inuidia. (h. diabolo hominum saluti inuidente) vtramque aequaliter detestatur. Aqua etiam huius frigidae purgationem Lucius III. vocat, s. peregrinum iudicium (nempe altenum ab Ecclesiae moribus.) & declarat inuaidum. Sed & Innocenc. 3. iudicauit eandem esse aquae frigidae, aquae feruentis, & ferri candentis prohibitionem g. Est ergo summorum PP. iudicio haec proba, inuaidus, plebeia inuentio, peregrinum iudicium, fabricatio inuidia, superstitiosa adinuentio, desitit a patrum documenta. Canonibus improbata. Quaedam adfert aduersarius, a num. 156. vt probet diuersam esse rationem aliarum probationum, quae prohibita. 1. (ait) illae subibantur sponte & vltro oblatione; haec a iudice iniungitur. Hoc ipse vidit non esse verum; nam ex d. cap. Memnam. & c. vlt. de purgat. vulg. patet etiam solitas iniungi a iudice alias; & exempla superius allata docent etiam aquae probam sponte susceptam. Ideo dicit 2. aduersionem naturalibus remedijs posse per daemones impediri; & ideo hanc probam esse incertam. Quasi vero non possit etiam, vel ipse sustentare in aquis maleficam, vel aliquid ei supponere quod sustentet. 3. adfert ex malleo maleficar. quod si duellum alicubi potuit permitti, multo magis posse probam ferri candentis; item etiam si peccent duellatores, iudices tamen excusari posse. R. spond. haec omnia iam ostensum euidenter esse falsa, vltimo dicit experientia huic fauere probationi (quod nec semper verum, & etiam olim illis alijs fauebat) & propter Sacram. Baptismi hanc aquae esse praerogatiuam, quod est gratis conijcere. & somnare vigilantem, & declinare post Scribonium. Confes. haec probatio, quia Diuinatoria fors est superstitiosa; sed huiusmodi probatio est quaedam*

**A** species fortis est diuinatoriae, vt docui sect. praeced. ergo est superstitiosa, Maior est omnium Doctorum, & certa quia diuinatio est vna species superstitutionis. Minor probatur, ratione D. Thomae, quia ordinantur ad iudicanda occulta Dei scientiae & iudicio reueruata, praesupponit enim contraria sententia, nisi per aquam frigidam non posse crimina deprehendi: At si aliter quam per vulgares purgationes, inuestigari nequeant. Stephanus V. Papa b definit relinquenda illi, qui solus nouit corda filiorum hominum. Et sane temerarium est, laicos iudices occulta peccata scrutari velle, de quib. nec Ecclesiae licet iudicare, sed ei tantum, qui corda & renes scrutatur. Hanc confirmationem cum. 5. loco insinuasset aduersarius, cap. 2. certe cap. 3. suo loco non dissoluit, non enim de secretis illis prouidentiae diuinae, & maiestatis gloriae Dei agitur in argumento; sed tantum de peccatis, quae via licita, omnibus tentatis, iudex aequiuit deprehendere. Sed videtur eam velle solueri m. 173. dicendo, diuersam esse rationem priuatorum sic occulta inquiringum, & iudicum, nam iudices faciunt, vt vicarij Dei, & ex officio, priuati ex mera curiositate. Haec responsio evertitur, eo quod canones diserte etiam de iudicibus loquantur, idque tam quoad magistratus, quam quoad priuatos prohibent, d. cap. consulisti. d. cap. tuarum. d. cap. Memnam. d. cap. vlt. & sane aequalis vbiq. est superstitio, & Dei tentatio, & in magistratu haec sunt minus ferenda, minus excusatione digna. Confirmat 2. haec probatio; Iure Canonico vulgares omnes purgationes sunt improbatae, vt patet ex dd. canonicis & communiter Canonistae sentiunt; sed aquae frigidae proba est vulgaris probatio; vt patet, quia non est

canonica,

2. 1. quae  
95. art. 8  
ad 3.

b d. c. con  
suluisti.



canonica, neque legalis, ergo est prohibita. Dicent forte, eam esse miraculosam. Sed tunc contra eos procederet argum. sequens.

**L** 2. *Probatur concl.* Tentatio Dei est peccatum repugnans religioni & primo præcepto Decalogi; sed qui vitur huiusmodi probatione, tentat Deum, ergo hæc probatio est peccatum repugnans religioni. Mai. probatur, ex communi sententia DD. Minor vero probatur auctoritate Honorij Pontifici, qui vulgari purgatione ferri candentis dicit Deum tentari, & quod ille devna specie asseruit, de cæteris quoque vulgaribus probationibus communis DD. schola intellexit, eadē enim in omnibus est ratio, quia vel potest illud delictum aliter deprehendi, & tunc nulla adest necessitas; & ideo miraculum petitur à DEO citra necessitatem, quæ est aperta DEI tentatio: vel si non potest sciri alijs medijs illud peccatum, tunc iudex est iniustus, qui de quibus iudicare non potest, eo quod diuino throno sunt referuata, iudicium vsurpat. Sed, si bene consideres sententiam contra sentientis scriptoris; semper hic adest Dei tentatio. Etenim vult iudicem non deuenire ad hanc probam, nisi habeat sufficientia indicia ad torturam; nec ad alium finem, quam torture hæc probam tuetur. *vide quæ de hac re dixi præced. scđio. in princ.* Conatur hoc crimen tentationis Dei eundem, quia signa & miracula sæpe legimus in S.S. petita, ab Abrahamo, eius seruo, Cedeone, cæteris: *Resp.* cum Alexandr. de Hales, hæc non facta ad imitationem posterorum, sed in significationem & figuram futuri, iuxta illud Apostoli, 1. Corin. 10. vers. 11. *omnia hæc in figura contingebant illis.* Quod si figuram non recognoscas; dico, speciali Spi-

**A** ritus sancti instinctu vel iussione seu reuelatione ea fecisse; nec aliter licere à Deo signum petere, iuxta D. Thom. aut magna & euidenti vtilitate, vel necessitate id exigente, v.g. ad gentis aliquis conuersionem certo inde subsecuturam; vt Apostoli & alij Sancti fecerunt. In nostro vero casu, quia Deus satis multa dedit media legitima veritatis explorandæ, necessitas ista cessat: vt supponit Stephanus Pontifex. Quod attinet ad Achaz: ille per Esaiam reprehensus fuit, eo quod Dei signum oblatum respuerit, ne Deum honore hoc afficeret: quod, quid ad rem quæso?

**B** 3. *Probatur conclusio*, quia hic non est miraculosa Dei operatio censenda, sed pactum Magicum cum dæmone, ergo illicitum iussione sua ad hoc cooperari. Probatur antecedens, quia hoc promiscue contingit ad projectionem in aquam, quam faciunt iudices Catholici, & hæretici, vt constat? quia maxime hæc proba viget inter hæreticos: sed hæretici non faciunt vera miracula. Si dicas hoc ad confirmationem fidei ipsorum non fieri, *Resp.* nulla illos vnquam facere ad confirmationem fidei, tã ordinaria vero & continua eos facere, ad aliam rem probandam, id nūquam auditum, nec credibile. 2. probatur, Deus per nullos facit miracula sine necessitate: hic non esse necessitatem idoneam, ostensum est. 3. vera miracula Deus alijs miraculis numquam eneruat, quia veritas nequit impugnare veritatem. Ergo si fagas non demergi foret verum miraculum, numquam hoc alijs miraculis euerteretur. Sed legimus aliquando per miraculum hanc immerfabilem Magorum vim sustulisse, adeo vt defacto sage aquis demersæ & absorptæ fuerint. Ergo illa vis immerfabilis non est miraculosa. Quod subsumpsi, id pro-

D. Tho. d. art. 8. ad 3. & summissæ & Nauar. Pe. rus An- chard. in 1. ca. vlt. & Binsfel 1. q. 1. Ale xand. de Hal. par. 3. 1. 4. 5. men. Valen. 2. d. dif. 6. q. 4. prin. 1. Turrecte ma. ad 2. q. 1. in prin. 1. 3. & ca. 6. fuluisti ad. q. nu. 1. & 3. d. 2. 2. q. 178. art. 1.



batur ex Histor miraculorum quam Cæsarius collegit; ubi libro nono. narrat, maleficos quosdam, qui, freti maleficijs, supra flumen ambulabant, proiecta in flumen sacra Eucharistia, statim demersos fuisse. Si dicas illud, nec in iudicio, nec à iudicibus actum: Inferre possum, igitur hæc virtus immersibilitatis non est à Deo tributa maleficis, pro signo certo criminis comprobanti. Nam hi vere malefici fuere, & tamè demersi sunt, vi sacri panis Eucharistici. Ergo miraculose demersi, miraculo posteriore destructum prius miraculū foret, etiamsi coram iudicibus eorum iussu id actum fuisset. Nam vis miraculi non restringitur ad iudicium presentiam. Urgeo quarto, miracula Dei numquam fallunt, sed sunt certissima & infallibilia: hæc proba fallit aliquando. Respond. f. hoc fieri fraude & dolo carnificis, vel quia non bene abuertit iudices, & fidem non habent, nec satis confidunt Deo; quod tamen erat necessarium ad miraculi patrationem. Sed contra, si sit saga (secundum vos) mergi non potest vi humana adhibita: quia nullæ vires humanæ Angelis bonis ministerialibus possunt resistere: Et tamen, numero trigesimo primo. falsi estis eā, quæ malefica erat, vi à carnifice demersam: tibi ergo ipsi respondeas. Item Godelmannus ex litteris cuiusdam Nobilis Borusij, sex sagas diuersis vicibus, cum vere constaret esse reas, in aquam gelidam colligatis artibus proiectas, submersas fuisse scribit g. & de pluribus hoc idem affirmat Ioann. Althusius. a. Confirmat sagas aquis submergi posse & solere Dabrauitus Episcop. Olomucensis, libro octavo. Histor. Bohem. agens de Vratislao Rege; Idem Vratislaus Gerardo Præsuli ac fratri suo auxilio fuit in abolendis tollendisque magorum portentis, artibusque maleficis,

A quas tunc multi viri mulieresque nimis licenter exercebant, mentes hominum fascino turbantes, boumque & pecudum lac, segetemque alienam pellicientes atque ipsa interdum elementa demonum violentia concutientes, per qua irrudens vulgus à sincera in Deum fide euertebatur. Nec tamen aliter Gerardo malis obuiam ire, quam per censuram Ecclesiasticam licebat: eam illi pluris, quam plumbeum gladium aestimabant. Ergo non ferrum tantum, sed ignem quoque & aquam Vratislaus maleficis admonuit, aliosque securi feriri, alios flammis exuri, sagas nonnullas aquis submersis. Atque hæc animaduersione in auctores amplius centum distracta, reliquos delinquentem vetitam, damnatamque metu similis coegit.

Audit submersas aquis sagas Bohemix, ubi tum miraculi vis, quam prætentendunt, Effugium vnum video, ad inquisitionem à Deo subueniri, non ad simplicium, quasi non illa ad hoc dirigatur, quasi diploma de illa his nostris aquarijs vllum sit peculiare. Quod etiam additur: de iudicium parua seu modica fide; plane impertinens est, illa enim dictis scripturæ locis exigitur fiducia in miraculis, quæ ad fidei confirmationem edenda erant, non quæ ad iudicium inquisitiones, & notitiam pertinebant. Matth. 17. vers. 20. Marc. 9. vers. 23 & 24. Quod autem de Scauræ filijs auctor. 19. Adfertur, id vel eodem referendum, vel ad rem nihil omnino facit. 4. probatur hic pactam interuenire, quia cum naturali hoc vi contingat, nec miraculosa Dei operatione; restat fieri ex vi pacti cum demone; non quidem expliciti vel expressi, tale enim iudicibus nullum nunc puto intercedere (neque aliud probant, quæ multis dicit auctor ille, libri sui cap. 3. à numero 91. & quod dicit esse pactum implicitum cum DEO, id iam probatum

a Nu. 12.2

g lib. 3. de  
lamiis c. 4  
q. 35.  
a Admo-  
nit ad Iu-  
dicem.

tum



tum est esse explicitam Dei tentationem. Sed dicimus cum primo aliquo iudice pactum explicitum intercessisse dæmoni, ut dæmon ad tale signum proderet occultum & latens crimen; nempe ut, quæ sagæ essent, eas sustineret, ne mergerentur: postea (ut contingit in omnibus huiusmodi rebus) alij iudices hoc edocti, vi illius primi pacti, idem obtinuerunt, atque ita iam, etiam ignari, ex pacto implicito operantur. Pactum hoc vero, implicitam intercedere patet, quia superstitiones omnes nituntur pacto implicito, ut docet Beat. August. b (& cum eo omnes Theologi.) Lege D Augustin. loco illo & seqq. cc. & deprehendes hic, & superstitionem, & pactum implicitum versari: quia effectus nec est causæ naturali adæquatus; nec talis, ut à DEO debeat merito per miraculum expectari. Cum ipsis sagis non intercedere quoad hoc vllum dæmonis pactum non male sentit, nec inualide probat ille scriptor in numero nonagesimo septimo. Nam illo exemplo quod ibi narrat clarissime id cernitur, referam eius verbis: *Quemadmodum hac adhuc ætate in præfectura Linn nri, Diocæses inferioris Colonienfis, accidisse dicitur, quod vetula quadam videns duas mulieres, ut aqua tentatas non subsedisse, ipsa ad præfectum loci accurrens, & interpellans, eosque tam ipsum quam ceteros ministros iustitiæ præfentes permouet, volens ac accerrime instans, ut & ipsa aqua tentaretur: se licet apud populum suspecta admodum sit de hac malisiali hæresi, iam tamen innocentiam suam per hoc coram populo testatam facere, indignamque hoc suspitione publice se eximere, velle. Annuit importune efflaganti præfectus & ceteri: sed hanc in aquam proiectam evidentiùs supernatasse, neque ut demergeret, vel fundum peteret (quamuis id studiose*

**A** suo motu super aquas tentans) efficere vlla ratione potuisse dicitur. Extracta, ecquid carnifex suorum membrorum ipsa esset, interrogatur: potuisse insimilatam hoc effugisse periculum, donec producto accusatore, necessitas adesset huic tentamini. Tandem confluentibus iudicij contra eandem compluribus, ipsa ante torturam quærentibus respondit amasum suum sibi suasisse, ut hoc aqua periculum susciperet: se illa non liberaturum. & in ipsis aquis, famam vitamque eius adseruaturum esse. Hac confessione sponte prolata incineranda eadem fuisset, nisi se ipsam in carcere pridie suspendio suffocasset.

**B** Cernitis in hoc exemplo, tacitum pactum operatum in tribus mulierculis, & quoad tertiam præualuit pacto expresso cum tertio inito, quia volebat dæmon hanc rogo tradi, vel saltem necari, moraliter certus impœnitentem obituram. Iudices autem isti non sunt secuti scriptoris illius sententiam, quia non sufficientia habentes indicia, ad lolas mulierculæ importunas preces, ad hanc purgationem processerunt; atque ideo ex duplici capite grauius peccarunt. Primo quod vti illicita probatione. Secundo quod præcipitanter ea vti. Sed hinc colligo scriptorem ab alijs iudicibus; qui similiter praxi illa vtuntur dissentire, dum ipse vult, præcedere ante probam debere indicia ad torturam sufficientia: illi vero putant, à proba cum aliqua diffamatione posse incipi. Qua in re fortassis loquuntur magis consentaneæ praxi ordinariæ illi, sed reprobata, s. probatur hoc pactum, ex moribus Diaboli conatur ille Dei miracula effingere, habere conatur suos martyres; qui sunt hæretici, & inter hos sagge: ideo sicut Deus plerisque suis Martyrib. miraculose concessit; ut aquis mergi



non possent, in verâ fidei confirmationem: sic diabolus præstigiolo miraculo conatur persuadere hominibus etiâ suos Martyres esse immerfâbiles: & hoc pacto duo consequi conatur. 1. vt illa Christi miracula falsa reputentur. vt saltem ipse æqualem cum Deo potestatem habere videatur: & præterea confirmetur in pertinacia pseudomartyres sui, quibus sic persuadet se eos seruaturum in igne, sicut seruauit in aquis. Confirm. hæc ratio, quia si aliqua saga sic iniecta in aquis vere poeniteret & animo eiuraret, statim mergeret: quia pactum cessaret.

4. Probatur, nostra concl. Non obedire in spiritualibus (cuiusmodi est id de quo agimus) Pontifici maximo, est non obedire Deo, iuxta illud: *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit.* Sed non obedire voci & iussioni Dei, est graue peccatum: ergo vti hac proba est grauitè peccare, cum Pontifex eam prohibuerit, vt probatum initio huius sectionis. min. probatur verbis Samuëlis, *nunquid vult Dominus holocausta & victimas* (quæst. d. numquid magis gaudet Deus cæde & supplicio nocentium: nam & hi vocantur à prophetis hostiæ & victimæ, vt docui alio loco) & non potius, vt obediat voci Domini? (vt non tendatis, ô iudices, contra Dei prohibitionem) *Melior est enim obedientia quam victima: & auscultare magis, quam offerre adipem arietum.* Suauior est Deo odor obedientiæ, & humilis sensus vestri submissio, quam odor adustarum ex vetitis probationibus lamiarum, puras manus vestras & mentes amat Deus submissas præceptis vicarij sui; non rogos, non pyras, nõ missas miserarum contra canonũ præcepta examinarum, dånatarumq;.) *quoniam quasi peccatum est ariolandi,*

N

.Reg.  
2. v. 22.

A *repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere.*] Quid accommodatius ad probandum, hanc probam canonico iure veritam, ad ariolationem fortis diuinatoriæ, & manganicam diuinationem pertinere? Non dicimus illic Samuelem de sagis, aut hac probatione locutum, non ita desipimus: sed dicimus hoc ab eo probatum; inobedientiam, quæ fit prætextu alterius boni, Deo ingratam & ariolationi similem esse, hinc inferimus, cum hæc sit inobediētia valde similis illi Saulis, inobediētia, vt ostendit idem quod illa mereri nomen, & in eandem classẽ reduci. Addimus hoc argumentum ab aduersario visum, sed non depulsum, lege quæ scripsit, à *numer. 123. vsque ad 127.* & videbis me verum dicere. Quæ vero mox sequuntur de dæmonum potestate in corporibus deferendis & limilibus, ad rem nihil pertinent. Nam conari negare, vim dæmonum in corporibus mouendis, vel in eleuandis, & sustinendis in aqua, id sane foret in philosophiam, quod solæcimus in Priscianum, egimus de his, lib. 2. vbi etiam docuimus, vera per Satanam edi miracula non posse; & hæc eadem omnia D. Binsfeld. breuiter, sed solide docuerat, ideo contra illum, qui hic miraculum nullum agnoscit (vt nec ego) rota illa disputatio & λογολογία, à *num. 128. vsque 149.* & quæ porro subduntur; à Deo talem potestatem eludendi iudices dæmoni nõ permitti, ea plane non probantur satis. Cogit me aduersarius hic extra chorum non nihil, vt eum subsequar. Multis enim conatur hic suadere, dæmonem hoc in aquæ elemento non posse: quia dæmon est ex elemento aëris compactus, non aquæ: sed facilius in inuicem operatur & possunt, quæ sunt ex eodem elemento compacta: ergo facilius

dæmon



dæmon operatur in aere, quam in aqua, ergo non quia potest, corpora sustinere in aere, ideo potest in aqua. *Respond.* hoc tantum probare posset, quod difficilius faciat in aqua. Sed neque hoc probat. nam maior argumenti, dæmonem esse compactum ex corpore aëreo; est erronea, vel saltem prorsus temeraria, & ideo moneo scriptorem, vt retractet, & legat quæ Scholastici ea de re, vel quæ ex illis & ex PP. optime Molina, & Valentia. Nec ad rem pertinent, quibus iuse agit, vt ostendat dæmones in aqua nihil miraculi hactenus ostendisse. Non enim sequitur, alias nõ fecerunt: ergo nec tunc poterant, nec nunc possunt. Et quod dicit, Priscos martyres idcirco diuina virtute supernatales; idiam nos docuimus sententiã nostram roborare. Sed neque est verũ, nullos Martyres Christi submersione necari potuisse. Legat Suriũ, legat Baroniũ Martyrolog. & Annales, inueniet complures aquis suffocatos, nolo immorari: quia hoc est, *τοξάπειρον*.

¶ *Probatur concl.* quia Iudex sine causa sufficiente, & prægnante recedens à communi sententia iuris interpretum. perperam iudicat. & proinde peccat, vt & Doctõr consulens sine idoneo fundamento contra illam. His addimus Corollaria quæ sequuntur ex prædictis, primum iudicem qui hac proba fuerit vsus, posse conueniri actione vt possunt, iniuste aliquem carceri mancipari ut d. 2. Si, cũ non adsint alia sufficientia indicia ad torturã, propter adimiculum huius probationis vulgaris reũ subdat torturæ iudex, peccabit, & tenebitur actione iniuriarum, vt supra, etiam si reus in tortura non fateatur, quia iniuriã fecit indebite torquendo, vi indicij à iure improbatũ, Quod si reus tormentorũ vi confitetur; confessio erit nulla, quia vi extorta: & iudi-

ciũ ex ea subsecutum nullum, & sententia irrita. Et per consequens iudex talem supplicio mortis afficiens: homicidij reus est, coram Deo, quia occidit quem non habebat ius occidendi. Notandum tamen confessario, vt diligenter personam iudicis consideret. Nam si casu aliquo fieret, vt laboraret ignorantia inuincibili (quod vix puto posse hodie contingere) immunis esset à peccato in foro poli: si laboraret vincibili, pro magnitudine & probabilitate ignorantie decresceret peccatum. Hanc puto & veram & securam de hac aqua frigida purgatione sententiam.

## QVÆSTIO VI.

De quibusdam alijs vulgaribus probis.



VAEDAM est probatio per pondera & lancem, nam in eadem Germania appendit sagas, & aiunt eas vltra certum pondus (nempe librarum 14. vel 15.) deprimerenon posse quantumuis sint proceræ vel obesæ, hoc etiam Reckius damnat, *lib. de proba aqua frigida à num. 41.* Ego idem de illo dicendum puto, quod de alijs vulgaribus purgationibus, nempe niti pacto dæmontaco, supersticiosum esse, & cum Dei tentatione coniunctum. Canonibus expresse non prohibetur, quia est inuentum plane recens.

2. Est quoddam sortis seu purgationis genus per crucem, de quo fit mentio in Constituit. Caroli Magni, vbi iubentur litigantes, *cruce, aut si uro*, & *suste*, decertare, & in Capitulari, vbi habes, *campo vel cruce contendat*. Ex his locis crucem fuisse genus armorum quidam volunt. Ego non assentior, sed puto fuisse genus purgationis per sortes, quibus se ad crucem aliquam ei manus imponens, vel eam amplectens,

sequitur  
Biosf. sup  
& dicam  
de hac re  
lib. seq.

gl. 3. fol.  
62.



quis expurgabat. Sane illis locis cruce, campus hoc est duellum opponitur, & in testamēto Caroli Magni apud Nauclerum. si accusator contendere voluerit de ipso periurio stent ad crucem. ] Cruce, ergo, contendere, non aliud, quam ad crucem stare. Stare, vero ad crucem, quid sit nescio. nisi id quod dixi. Crucis iudicium etiam Frisones superstitiose exercebāt, vt docet lex eorum 14. sortes tales esse debent, duo tali de virga præcisi, quos tenos vocant: quorum vnus signo crucis innotatur, alius purus dimittitur, & lana munda inuoluit, super altare seu reliquias mittuntur; & presbyter si adfuerit, vel si presbyter deest puer quilibet, vnum de ipsis sortibus de altari tollere debet, & interim Deus exorandus, si illi septem qui de homicidio commisso iurauerunt, verum iurassent, euidenti signo ostendat. Si illum qui cruce signatus est sustulit, tunc vnusquisq; illorum septem faciat suam sortem, id est, tenū, de virga, & signet signo suo, vt eū tam ille, quam ceteri qui circumstant, cognoscere possint, & obuoluantur lana munda, & altari seu reliquijs imponantur, & presbyter si adfuerit, si vero non, vt superius puer innocens, vnumquemque illorum sigillatim de altari tollat, & ei qui sortem suam esse cognouerit rogat, cuius sorte uerum extremā esse contigerit, ille homicidij compositionem persoluere tenetur, ceteris, quorum sortes prius leuatae sunt, absolutis. ] Si ritus etiam communis Francis fuit, certare cruce, non foret aliud, quam sic iudicio crucis contendere; & stare ad crucem,

A foret, conuenire cum aduersario; vt stent ambo crucis iudicio, quod forte verius.

3. Huc pertinet sortio illa quatuor Constantinopolitani imperij candidatorum, Alexio Murgzipho superato; quam, Bonifacius Comes Montisferati, Balduinus Flandriæ Comes, Ericus S. Pauli, & Dandulus Dux Venetorū, pacti; vt in aede Apostolorum, pro numero candidatorum, quatuor calices ordine collocarentur: quorum vnus solus hostiam sacram contineret, ceteris vacuis; eosque totidem Sacerdotibus traderent, vt ad cuiusque Principis nomen vnum tollerent, & eis redderent; imperium vero illi deferretur, cui calix obrigisset Christi Domini corpus & sanguinem continens. Sed merito post illis pactio ista displicuit, & ius designandi quem vellet, communibus iustitij in Dandulum contulerunt, narrat Nicetas, in sine Annal.

4. Huc pertinent quidā olim, qui res aliquas abiecerit, vt ex earum recuperatione cognoscerēt, sibi delicta sua dimissa à Deo, hoc enim est Deum tentare; nec licet, nisi habita reuelatione ad hoc faciendum: quod credendum de S. Attilano Zamorensi, de quo Marinus Siculus, lib. 5. ver. Hispan. & de S. Arnulpho ex Lotharingiæ Principe, Eremita, & Metensi Episcopo, de quo Fulgofus, l. 6.

capite 9.

HAEC DE CVNCTIS MAGIAE GENERIBUS dicta, & terminus sunt Tomi Secundi.

INDEX